dit̃: eadẽ regrediat̃. ⁊ ſi tota ſub aq̃s ipſa nauis ſumergeret̃: veluti ãguilla aut agiles
delphini eadeꝫ vi vndaꝝ ipulſa qua obruitur: emergit. Nocte igit̃ ſuperueniente in
captato alexandrino portu nouo ſeptẽtrionali (aliũ enĩ habẽt antiquũ tutiorẽ: quẽ
nemini xp̃iano videre: tm̃ fas eſt occidẽtalẽ) anchoras ſumma cũ leticia demittimus.
Alacri ve animo ab egyptijs propter varias non minus gratas q̃ vtiles quas ad
eos merces importãt: ſed auri argenti atqꝫ eris precipue: galleacee recipiũtur. Ego
vero habita deſcendẽdi e nauibus ab alexandrino prorege venia (neqꝫ.n. aliter cap
tare terrã fas eſt cuiq̃) a barchinonenſi accola vr̃o quodã philippo d' paredes hiſ⸗
panoꝝ ⁊ gallorum in ea prouincia conſuli iudiciario hoſpitio ſuſcipior. Tabella
mittit nun⸗ cios ad ſol⸗ danum.
riũqꝫ celerem vbi ſum ingreſſus alexandriã: ad ſoldanũ de aduentu meo ſignificatũ
cairũ q̃ eſt babylõ nunc egypti idumee ⁊ ſirie regiã ſedem deſtino. Mos.n. eſt vt e⸗
dictũ prius ſoldanicũ (quicũqꝫ eas oras attingat. expectet: q̃ ad eũ iter capere auſit
Interea igitur dũ edictum operior regiuꝫ: tertiũ eſſe alexandriã a meroe iter clima
ta cõſiderans: q̃d a nobis diſtet alexãdria animaduertebã. hyematũ alexãdriã hirũ
dines miluos: quos regales in hiſpania apellatis: ceteraſqꝫ volucres pontũ hyeme
Vbi hirũdi nes ⁊ cetere aues yemẽt
aduenĩete a nr̃is regionibus europeis tranſuolantes tendere cognoui: floridas ⁊ ha
bebant arbores ac viridaria decẽbri et ianuario mẽſibus. In ſextũ ab ingreſſu meo
diẽ impatiens otij alexãdriã perambulaui. Proh dolor: illuſtrem: maximã: habita⸗
toribus refertiſſimã: pulcherrimam: opulẽtiſſimãqꝫ quondã ptolomeoꝝ ſedẽ alexã
driam: collapſam: dirutã: maiori ex p̃te deſertã miſerãdo ſpectaculo deploraui. Heu
deſerta fere alexandria.
infelicẽ que ⁊ quãta menia: quales ⁊ q̃ ample eius vrbis ſtrate: q̃ conſpicue domo⸗
rũ frõtes ad celũ tendentes: qui portarũ fornices: ſed incinerẽ verſa domoꝝ interna
omnia pretereuntes cõſpiciebamus. Vñ hec tã lacrimoſa ruina emanarit: varie mi⸗
hi ſunt rationes adducte: alij peſtifere contagioni rem aſcribebãt: alij bellis ac ciuiũ
ſeditionibus atribuebãt: ſed regũ ſeuiciã poſt tranſportatam vltra nilum imperij ſe
dẽ ⁊ alienigenarũ tyrannidem truculẽtã potiſſimã eius depopulationis cauſam fu
iſſe nõnulli arbritant̃. Quotquot enĩ ſoldani creantur alexandrinos accolas (quõ
ſoldani ale⸗ xãdrino ex⸗ pilant
ſit alexãdria excepto damaſco regnorũ omniũ ſoldanicorũ emporiũ ⁊ negociorum
ſentina) expilant ⁊ tanq̃ mercenarias oues pro libito excoriant. Neqꝫ abeſt quin
a pleriſqꝫ percruciatus ⁊ tormenta (delatorũ ſuſurris admoniti pecunias extorq̃re
nulla alia ratione media preter q̃ volumꝰ pecunias aggrediant̃. Quapropter qui
cũqꝫ mercatores aut alterius modi accole diuites eas inhabitãt: prouincias die no⸗
ctuqꝫ ſuam perniciem (ob diuicias quas poſſidere creduntur) expectantes tremũt:
curiſqꝫ ingẽtibus cõfecti vitã degũt infelicẽ. Inde eſt ꝙ hac tẽpeſtate tenuia ſint cõ
quare ſe eẽ pauperes ſi mulent.
mercia: nulleqꝫ gemme vel pauce reperiant̃. paupes enĩ ſe eſſe mercatores omnes ſi
mulant: ⁊ parce viuunt ac veſtiunt̃: oĩa parcius ſolito ne in ſuſpitionẽ incidãt. de his
iam ſatis: ad nos redeamꝰ. Dũ igit̃ edictuꝫ regiũ quo me accerſat ſollicitꝰ operirer:
ſoldanus i⸗ ratus.
nullã eſſe ſoldano curã non modo de edicto ad me mittendo: verũ etiã eſſe iratum: ad
uentũqꝫ meũ egre tuliſſe. veritus nãqꝫ eſt defectionẽ: ſed ire cauſam nactꝰ eſt veram
diſſimulãs: ꝙ paucis comitãtibꝰ me adire: nullaqꝫ dona ad illũ afferre: iudei: mau⸗
ri heretici qꝫ a vr̃is regnis eliminati (quorum non parua copia ad eas regiones con

fluxerat malo animo retuliſſent: renũciatũ eſt. Dedignãtur enim et ſe barbari illi ne
gligi et floccifieri arbitrãtur. Si audeat vlla potentia oratores ad eos ſine opimis
indignatur ſoldanꝰ ſi o rator q̃ſq̃ mitat̃ ſine muneribus ad ipſum.
muneribus deſtinare. Opprobrioqꝫ et ludibrio fieri ducũt: niſi miſſus orator lõgo
ordine comitũ acceſſerit. Quibꝰ intellectis tũ beniuolẽtie captatione tũ perfricata
fronte opus eſſe: quoꝫ ſuperbiſſimũ et ſumme barbaꝝ hoc genus hominũ eſſe per
penderim: animaduerti: qua propter duos illos franciſcos fratres barbatos: quos
vie comites mecũ habebam qui meo ſuoqꝫ nomine. Soldano talia dicta referant
propanter mitto. O ſumme mahometheoꝝ impator: catholicorũ regiſ et regine hiſ⸗
q̃d mãdaue rit orator ex alexam⸗ dria dicen⸗ dũ ſoldano
paniaꝝ oratori qui iam intra tue ditionis limites terrã tenet: relatum fuit obtretato⸗
res ſceleſtoſqꝫ ac nefarios homines tũ mendoſis tũ doloſis animũ tuũ delationibꝰ
perturbaſſe: teqꝫ (ꝙ nulla ad te munera tulerit) ꝙ ve vt illi fraudulẽter ac falſo ena
rarũt) paucis comitantibꝰ ad teipſum venire arbitreris: ſtomachatũ eſſe aduẽtũqꝫ
ipſius te paruifacere preſciuit. Sed vtriuſqꝫ rei ſereno vultu ⁊ paccatis auribus ſi
rationem admiſeris fore vt tibi ſatiſfaciat ad vnguem exiſtimamꝰ. Regius hic ora
tor potẽtiſſime rex: dona (vti alios oratores conſueſcere predicatur) ſe non modo tã
to principe digna ſed nec vlla quidem vel minima non tuliſſe fatetur: quoniã a ſuo
oratio nun tiorũ quos miſit ad ſol danum.
rum regum moribꝰ cuiqꝫ regi dona mittere alienum eſſe perhibẽt: quod vos hono
rificum eſſe ducitis: id inter occidentales principes pro iniuria habetur. Attamẽ ſi
vr̃os hos mores veteremqꝫ hanc apud vos cõſuetudinem tã topere viguiſſe: ꝙ nu
llus ſcilicet orator vos adeat ſine muneribꝰ: cognouiſſẽt: libẽti et ipſi animo opima
ad te dona mihi dediſſent: quom vos in amoris argumentum non autem arrogãtie
vel auaricie cauſa id cupere vedeamini. Quod autem perfida gẽs hec pacis ⁊ con⸗
eiecti iudei.
cordie reguꝫ inimica: ſeditionis et diſcordie ſeminarium a catholicis ſuis regibꝰ ve
luti pernicioſa contagio eiecta ipſum non decẽter cõmitatum ad te tãtum imperato
rem veniſſe retulerit: inuidioſe ac falſo delatũ inquit: et nos qui mortẽ potius ſubire
q̃ mentiri (in tenui preſerti negotio) ſumus edocti itidem fatemur. Vidimus enim
triginta ſe⸗ cũ viros ha bebat.
vidimꝰ ipſum trigita viris ornatiſſimis (preter eos quos itineris lõgitudine valitu
dinarios defatigatos in diuerſis reliquit regionibꝰ) cõmitatum incedere. Mittito
igitur sereniſſime imperator mittito eumqꝫ accerſiri iubeto et ſi aures dictis eius fa⸗
ciles preſtiteris: haud eq̃dem te poſtea illũ admiſiſſe audiuiſſeqꝫ penitebit. His ita
ſoldano per meos nũcios magno ipſius truci mano .i. Interprete generali auide re
ferente: quem veſtris maieſtatibus deditum eſſe cõperi relatis: ſoldanus bene per
mittit ſolda nus edictũ ⁊ palatinos equites qui oratorẽ cõ⸗ mitẽtur.
ſuaſus: ad me procul habita omni mora edicti regij chirographuꝫ quo me tuto ad
ſe proficiſci poſſe: neue quis mihi ſit impedimento imperat: cũ duobus qui me ad ſe
comitẽtur de ſuis palatinis equitibꝰ deſtinauit. Quare octauo. Kl. februarij regiũ
mihi per hos equites chirographum porrigitur. Nec me nũciorũ meorum littere
quibꝰ mihi ſignificarãt mauritanie: totius ve africe (que intra catabathmõ et occe
anũ occidẽtalem iacet media) regũ apud ſoldanũ oratores eiectorũ granatẽſium im
repio apud ſoldanũ o⸗ ratores are gibus mau ris q̃ vidic tã petebãt cõtra chriſ⸗ tianos.
pulſu deſtinatos fuiſſe cũ vehementibus q̃relis perterruernut: durum nanqꝫ mihi
in agone certamen paratũ et multiplicibꝰ alexãdrinorũ ſermonibꝰ et eoꝝ qui a ſol⸗
dano veniebãt perferebatur. Soldanũ.n. vt me iſpectãte de chriſtianis grãdis ali⸗
qua vidicta ob victos granatẽſes ſumeretur impellere nitebãtur: meqꝫ veſtro no
mine quoꝫ primũ applicareꝫ male tractare non leuiter inſtabant: ſeſe ſupremis in⸗
iurijs et cõtumelijs fuiſſe a vobis affectos proclamãtes. Ego vero qui vos fortuna
tiſſimos ſemp̃ fuiſſe cognoui: pro quibꝰ etiam mori eſt viuere vr̃o fato omnia mi⸗
hi bene ſucceſſura cõfidens contra nili torrentem ad nauigaturus q̃ celerrime po⸗
b

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſſuꝫ accingo:q̃ ſuccedẽt ſi vixero in tertium librũ concludẽtur valete īterea duo hac
noſtra tẽpeſtate lumina orbis terrarũ et chriſtiani nominis ꝓpagatores.

# Liber tertius.

Ex vrbe. Alexãdria (egipti reliquarũ ve ꝓuinciarũ ſoldanice ditioni
ſubditarũ emporio ꝑmario)catholici rex et regina:quõ iam iter in in
terna prouĩcie ad ſoldanũ facturꝰ eſſem: q̃ mihi ab vrbe veneciarum
diſcedẽti ad euꝫ vſqꝫ diem calamo digna viſa fuerant breui cõpendio
exaraui· Nunc autẽ q̃ a ſeptimo. Kl. februarij die quo ad ſoldanum
accerſitꝰ pedem moui:ſeſſe mihi obtulerũt:q̃꜒ breuius q̃꜒ ve dilucidiꝰ potero: ita vt
neqꝫ nimiũ creuiſſe volumẽ neqꝫ de iocundis aut vtilibus quicq̃꜒ pretermiſſũ vide
atur: ꝓſequi ſtudebo. Septimo igtiur.kl. februarij hora ante lucana cairũ q̃ alias
babilõ ab ĩcolis alteriꝰ eufratree babilonis quõdam habitata eius imperij caput
ꝓfecturus:alexandria(illis palatinis equitibus quos ad me per ſoldanũ cũ edicto
regio miſſos ſuperiore libro diximus et hiſpanis negociatoribus omnibus (quot
quot comertiorũ cauſa Alexãdriã cõueniſſe reperi)comitatꝰ diſcedo:hos enĩ mecũ
ad ducere curaui: ut eum caterue numeꝝ quem mei nunci (ad ſoldani animũ diſpo

aplicat canopũ.

nẽduꝫ)per me miſſi:ad duxiſſe me:ſoldano retulerũt:implerẽ. Roxetũ quondã cano
pũ nilli hoſtiũ ab Alexãdria circiter quadraginta milia paſſuũ diſtans per iter ha
renoſum:incultũ:deſertuꝫ:in quo neqꝫ domicilliũ vllum neqꝫ vix arborẽ (preter ali
cubi palmas)vllã reperimus:altero die feſſi applicuimꝰ. Ubi(interea loci duꝫ nilli-

ingreditur nillum.

aca nobis nauigia parãtur:alimẽtaqꝫ neceſſaria coemũtur) circiter integrũ diẽ cõ
morati nillũ ingredimur:neqꝫ.n.chriſtiano cuicq̃꜒:propter arabũ graſſationes ⁊ ra

ab alexamdria babilonẽ non itur terra.

pinas:terreſtre iter patet. Hi nanqꝫ non modo egiptũ ſed africã vniuerſaꝫ ab occea
ano athlãtico ad nilliacas ripas:aſie ve partẽ continuis incurſionibus infeſtãt. De
quibꝰ quõ ſatis otij mihi ſuppetat(non ineptam fore digreſſionẽ exiſtimãs)pleraqꝫ
agreſſus ſuꝫ diſerere. Gẽs hec eſt:in numera: vaga:ſine domibꝰ ſine ſtatione:ſine q

arabum vagãtiũ vita.

ete vlla:ſubdiuo ſemꝑ verſans:ſemꝑ in motu:camelloꝝ dorſis vxores:filios:⁊ quic
quid ſupellectilis aſſeq̃tur portans:aduſta ſolis ardoribus: bellicoſa tamẽ ſed ſine
certo imperatore:plures habẽt diſperſi arabes inter ſe duces ſed diſcordes et factio

Quare nõ potiant imꝑio arabes q̃꜒ vis liberi

ſos:hinc eſt ꝙ imperio ipſi(qui liberi ſunt)non potiãtur:quõ ſibi inuicẽ capitali ſem
per odio inſidientur. Imperatorẽ(cui obtẽperare ſtuderent) ſi arabes inter ſeſe elli-
gerent:de ſeruorũ manibus ſceptrum facile abriperetur: eſt enim errantiuꝫ arabum
multitudo ingens: mamelluchi vero ideſt ſerui regij quorum oꝑa ſoldani ad regni
gubernaculũ et belloruꝫ ſummã vtũtur:numerũ non excedunt.x.milliũ: ſunt prete-
rea arabes(omnium incolarum ⁊ eorumdem mameluchorũ ſententia)nobiles et in
duſtrij:mameluchi autem maiori ex parte ignobiles:montani:apyratis ⁊ montibus
ut plurimũ ſythicis ſupra euximum et meotidem raptati emptiqꝫ a ſoldanis et eorũ
principibus:vnde ſerui:de quibus latius infra dicemus. Hunc autem ad iter rede-

bullatũ ſub vrbiũ cairi.

amus. Contra nilli fluenta pridie kalẽdas februarij bullacum cairi ſuburbiuꝫ cum
adueſperaceret:ad nauigantes prehẽdimus. Ibiqꝫ in naui pernoctauimus neqꝫ.n.
auſi ſunt duo illi comites mihi ac ductores dati palatini: me credere barbarorũ per
fidie: attamen ex ĩpis vnus ad ſuldanum celeriter ꝓcurrit me bullacũ applicuiſſe
nunciatũ. Qua propter quõ primũ elucuit:ecce mamaluchis reliquis ve indigenis
implẽtur(viſendi ſtudio)littora nilliaca:raro enim ad ĩpos noſtratiũ aut diuerſo ha
bitu q̃ſq̃꜒ admittit: preter paucos aliquãdo mercatores. Sed ꝑor accedit trucima-

nus in nauimqꝫ ad me deſcendit:et quis nam:cuias:quo ve fato huc appulerit. Ad
eũqꝫ deinde ſtatũ peruenerit petẽti mihi enarrat. Se eſſe valẽtini cuiuſdam ciuis lu
douici pratẽſis nomine filiuꝫ:in oppidoqꝫ ipſi vr̃e valẽtie finitimo momblãcho na
tum predicabat:tempeſtate autẽ(quõ adolecẽtulus per ea maria patroni cuiuſdaꝫ
nautici famulꝰ ad nauigaret:in littus cũ ceteris omnibꝰ / q̃ ea naui vehebãtur /nau
fragio ꝓiectum:ad ſoldani manus ex eius prouincie ſtatutis deueniſſe:quotquot e-
niꝫ per ea littora naues frãgũtur:ex veteri eorũ inſtituto et cõſuetudine( vti aiũt) ad
fiſcũ cum hominibus boniſqꝫ omnibus deuoluũtur:ſi preſertim piratica/vel alteri
us modi/nõ mercatoria nauis eſſe reperiatur. Sed triẽnali tandem carcere duriſqꝫ
vinculis et vrgenti inedia ſe defatigatũ(ſpe tamem euadendi aliq̃꜒do et redeũdi ad
nos) Chriſtũ verbo adnegaſſe:mahomethico ve more ſe di ſprepuciari paſſum fui
ſſe et mutaſſe nomẽ tan garibardinũqꝫ vocari grauiter ſuſpirãdo fatebatur: nec a-
beſſe tamẽ quim catholicã fidem animo ſeruaret:chriſtũqꝫ ſuplex his quibus ſole-
bat orõnibus quottidie coleret et adoraret. Ad eum autem inter eos barbaros ſplẽ
dorem ſua induſtria et laboribus( poſq̃꜒ ſeſe iam vnũ ex ipſis effecerat )aſſendiſſe di
cebad. De optimatibus enim ſoldanicis vnꝰ eſt cum redditibꝰ ſeptem aut octo mi
lliũ auri dragmarũ. Dũ hec mecũ trucimanꝰ tãgaribardinꝰ colloqueret:primates
alij duo palatini Trucimano potẽtiores ordineqꝫ ſuꝑiores aduentãt: ſunt.n.apũd
eos tres optimatuꝫ gradꝰ veluti apud nos quos vulgo dicimꝰ:comites: marchio-
nes:duces. Tũc e naui trucimanno duce ad illos egredior equum ve regiũ( quem ip
ſi met ſecum ſoldani nomine mihi donãdũ regio apparatu ornatũ duxeraut )aſcen-

it babilonẽ.

do:vrbem verſus iter vna omnes capimꝰ:nec breuiore q̃꜒ duarum horarum ſpacio
interiecto trucimani domuꝫ/q̃ mihi intra vrbis menia hoſpitio fuerat obſignata at
tigimꝰ: attamẽ per hortos ⁊ interſparſa predia ac viridaria non autẽ per cõtiguas
ſemꝑ domos ꝓficiſcebamur. In kalẽdis igitur febaruarijs anni quingẽtiſſimi ſecũ
di:babyloniaꝫ egyptiam: a qua magnus hic barbarorũ imꝑator ſoldanus baby-
lonicus vulgo appellatur:aiunioribꝰ autẽ cairũ nũcupataꝫ vrbiuꝫ populoſiſſimã:
ingredior: falſo pleriqꝫ vrbem hc carras apepllant quia carrarum vrbs eſt in phe
nicia. Ibi ceteris omnibus qui me fuerãt commitati domum dimiſſis: cuꝫ truci ma
no q̃꜒to ſtudio poſſuꝫ ago:vt( ſi obſequiũ veſtre maieſtati mihi autẽ gratiſſimũ fa-
cere exoptat ( quod ꝓfitebat )det opam et incũbat totis viribꝰ ne meus ad ſoldanũ
acceſſus differatur:naꝫ ſi forte fortuna galeacee q̃ me aduexarant negotiationibus
ſuis peractis ſine me reuerterẽtur fore vt ſero poſtmoduꝫ conmoda mihi renauiga-
tio ſeſe offerret:quõ neqꝫ preſto ſin talia tuta in illis littoribꝰ in europã reditura na
uigia et turcharũ piratis ſint mariã coagulata. Truci mannus autẽ:cuius eſt emer

it tinta manus ad ſoldanum.

gẽtia cũcta ſoldanno refferre:obſequij vr̃i cupidꝰ paucis repetitis ad ſoldanũ eq̃-
tat:illi quid petierim referat:vt q̃꜒ primũ ſibi per otiũ liceat nos audire velit meo no
mine rogat. Qui ve q̃les ⁊ quãti ſitis patrio affectu longis ſermonibꝰ aperit. An-
nuit dictis ſoldanus etiam nõ minore(q̃꜒ ego ĩpum ad eundi ) tantoꝝ regum orato-
rem viſendi ſtudio inſenſus:vt me( vbi vbi criſtina dies effulſerit) ad ſedicat Tãga
ribardino imꝑatoris domũ letus reuertitur q̃ acta ſunt enarrat: poſtero die q̃ erat no
narũ februariarũ quartꝰ primo mane(ante ortũ nanqꝫ ſolis:aut quõ tardius iã ex
orto:ſoldani ex veteri cõſuetudine ſemꝑ audituri prodeũt in publicũ ) ad regiã pro
fiſiſcimur. Hec eſt haud ſecꝰ ſuꝑ edito colle oblõgo ad latꝰ vrbis erecta:q̃꜒ rome ſa-

it orator ad ſoldanuꝫ.

crũ ſummi nr̃i pontificis palatiũ:aut ꝓpriore ſimulacro vr̃e granatẽſis alhãbre de
mauroꝝ manibꝰ cũ regno ſimul erepte ꝑſimilis. Ubi enĩ paulũ aſcẽdimꝰ:in leuam



Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cōuerſi porte occurrimꝰ altis ac immēſis turribꝰ munite:in cuius veſtibulo (veluti in vr̄e alhābꝛe ingreſſu)e regione podiū extat eminēs aliq̄ꝫtiſper. Ibi primū ex op timatibꝰ quēdā (cui erat arcis eius cuſtodia) multis mamaluchis circūſtipatū ſe dentē inuenimꝰ. Dextrorſum deīde nobis iter capientibꝰ lōga ſeſe via ſtātibꝰ vtri qꝫ referta mamaluchis oſtēdit:per quos medios quō ꝓgrederemur:eius adeo bar bare enutrite multitudinis ordinem ac taciturnitatem admiratus ſum:neqꝫ eniꝫ eoꝝ q̄ſq̄ꝫ obſtrepuit aut loco ceſſit vnqꝫ:vt nos vlteriꝰ (vti in ſimilibus fit ſpectaculis) auidioribꝰ oculis intuerent̄. Ita ꝓcedētibus nullū vnq̄ꝫ ſeſe nobis obtulit impedi mentū. In eo fere medio ſpacio ſenes circiter trigīta imberbes macilētos in quibus dam foribus veluti poſticis ſedētes cōſpiciens:eunnuchos eſſe ſoldanicos vxorū eꝛ ius et pellicū cuſtodes didici. Ad ſoldanū tandē in ipluuio grādi ſuꝑ tribunali qua ttuor graduū reductis ſubſe (nr̄arū feminaꝝ more) loco ſedis pedibꝰ ſedentē in ve nimus:totius.n.gētis eius mahomethice mos eſt eo pacto ſedere:ac ſolo (veluti aīa lia bruta) capite inclinato veſci:atqꝫ ſub dio ad ſe venientes audire. Soldanꝰ:tum ſui trucimani ⁊ meoꝝ nuncioꝝ verbis:tū aliorū per eius regiones comercia tractan tiū relatu:q̄ꝫta ſit vr̄a potentia:q̄ꝫ magnꝰ in vobis animus:q̄ꝫ pollētes ſitis virtute bellica edoctus (q̄ꝫ vis aliter illi ꝑſuadere dijs atqꝫ hominibꝰ infenſi granatēſes ex pulſi/atqꝫ illis deteriores iudei conarent̄) glīe ac ſaluti ſue conducere non mediocri ter a tātis regibꝰ oratorē (in ea p̄ſerti fragilitate) q̄ ipē (vt infra dicemꝰ) verſabat̄: ad ſe deſtinari intellexit. Propterea vt ego intra tapetes a media verſus euꝫ ipluuij parte ſtratos cōtra morē ſuoꝝ maioꝝ admitterer:ne ve ego quater ꝓſtratus terrā vr̄o noīe (vti ceteri ſolent oratores quotquot eius cōſpetuꝫ adeunt) oſcularer equo animo paſſus eſt. Eſt nim hoꝝ barbaroꝝ catholici reges arrogātia tāta vt quoniā inuitis omnibus chriſticolis nr̄e religionis initialē locū poſſideāt:ipos adorare qui cūqꝫ adeant xp̄iani cogant̄. Tāgaribardino igitur: cuius eſt ad ſoldanū oratores ducere:eorumqꝫ poſtulata interp̄tari: referente vr̄o nomine ſoldano ſalutē impar tior. Is gratiſſimū ſibi fuiſſe nr̄um aduētū reſpōdet:ſeqꝫ ſuaqꝫ omnia:leto vultu o ffert. Porrectiſqꝫ illi veſtris litteris (quas vulgo dicimꝰ credētiales) ⁊ ꝑ trucima nū q̄ optime adhuc ydioma patriū calet/aptis:iterum a ſoldano ad me cū nouis re dit oblationibꝰ. Atqꝫ iterū ego graciaꝝ actiones vr̄o nomine/ꝙ me ita paccato a nimo et ſerena frōte ſuſcipiat remitto: quid aliud q̄ꝫ mea dicta illi Tāgaribardinꝰ referret propter loci diſtātiam ꝑcipere non poterā: a ſoldano enī (q̄muis ꝓpius q̄ꝫ aliꝰ q̄ſq̄ꝫ hactenus acceſſiſſeꝫ) paſſus meo iudicio circiter vigīti diſtabā. Sed nimi rum quō ſit inter hos barbaros prudētia pollens trucimanus admirāda:patrioqꝫ ad huc amore ferueneet/vr̄i obſequij cupidꝰ (vti perſpicere uidebar) ad beniuolū nobis reddendū ſoldanum alia:q̄ ejus auribus bene ſonabāt: meis dictis interijcie bat. Id ego (quoniā diutiꝰ q̄ꝫ mee gr̄aꝝ actiones exigebant) morabat̄: ꝙ ve illius ſermonibus attētiſſimū:alacrioreq̄ꝫ paulatī fieri ſoldanū conſpiciebam:ſuſpicatus ſum. Tertio atqꝫ iterū citus ad me reuertitur vt bono hilariqꝫ aīo ſim: vt ſi qua mi hi intra ſoldanice ditionis terminos grata fuerint:petam a ſoldano reportat. Illi e go ne iſta incaſſum geſta ſint: ne ue iſta vnq̄ꝫ tam inuſitata apud ipos humanitas in quemq̄ꝫ de vr̄a memoria ꝑlabat̄:me daturū operā polliceor. Ita ſalutationibꝰ gr̄arū ve actionibus ⁊ pollicitis vtrinqꝫ multiplicatis tēporis aliq̄ꝫtulū triuimus: nec aliud q̄cq̄ꝫ hoc p̄mo congreſſu peractuꝫ eſt. Negocia eniꝫ in diē dn̄icuꝫ ſequēteꝫ (q̄ octauus erat iduū februarij) remittūt̄. Soldanū interea dū tāgaribardinꝰ illū meo nomine alloq̄ret̄:ego autē otioſus q̄d relaturus eſſet:expectarē diligēter (vt illū

ordo mame lucorum.

q̄modo ſe deat ſoldanus.

ſoldanus cōtra mores veteres oratorē honorat.

oblationes ſoldani

It ac redit trucimanꝰ.

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

deſcribere quirē) inſpexi. Is eſt vir natus annos circiter q̄nqꝫ et q̄nquagīta:patrio more barbatꝰ:nec denſa tamē aut oblōga nimiū barba: vultu ꝓcero:facie pingui: ſuffuſcula:aſpectu ferox aliq̄ntulū:oculis reductis:paruis:graui motu:ſtatura (vti a ſedēte colligere potui) pluſq̄ꝫ mediocri. Oriūdus autē ſcytha ex mōtibꝰ quos vul go ciarcheſos vocant:inde nanqꝫ et ex ruxie regionibus pars maior mamaluccrū (a quibꝰ optimates/dehinc ſoldanus ipē creat̄) rapta ꝑ ſoldanica regna venū du citur:indumētū vero ipius eo die ex glauco ſerico raſo:forma comuni:neqꝫ eniꝫ va rias habēt ſurperioꝝ veſtiū cōciſuraſ:preterq̄ꝫ in manicis quas optimates curtas et breues ferūt:ceteri autē vſqꝫ ad digitoꝝ extremū ꝓductas:eſt nimiꝝ ſuperior illoꝝ veſtis paruo diſcrimine ab alijs quas vr̄i granatēſes algiubbas vocāt:hiſpani au tē marlotas:ſed mamalucoꝝ talares omnes quas ſolo cīgulo leuiter ſtrīgūt:de cete ro diſcīcti:neqꝫ eniꝫ illis veſtes interiores corpus aliter premūt:q̄ꝫ illa ſuperior: aut caligis vtūtur:ſed nudiſ pedibuſ crepidas tātuꝫ (nr̄orū frāciſcoꝝ more) geſtāt:capi tis aūt velamina valde diuerſa:ꝑ ea nāqꝫ nō modo iudei et chriſticole ſoldano ſub diti (q̄ veſtiū eadē genera ferūt) a populiſ mahomethice legis: et populi a mamalu chis:ſed ſimpliciū mamaluchoꝝ ab optimatibꝰ/et optimatū īter ſe diſcrimē cernit̄. Mametheus populus velamē fert multis giris lineis (quemadmodū et iudeus et chriſticola inſinuatū ſed chriſticola glauco:iudeus croceo:mahometheuſ albido:co loribꝰ diſcernūtur:mamaluchoꝝ (q̄ ſoldanici ſunt miniſtri) pileū ferūt laneum aut cimatilem:ſpatima altiorē: valde pōderoſum durū:bōbice farcitū:duobus cōſutuꝫ coloribꝰ:viridi abimino:a ſuperiore nigro:ceteri autē q̄ aut ſunt aliorū pricipū aut ſoldanico tātuꝫ ſtipēdio cōſiti nec aliter miniſtri:galero rubro:villoſo cubitali: dya demate q̄ſi: a lateribꝰ plano:dignoſcūtur. Principū vero duoꝝ ordinū inferiorum velamē lineū eſt:ſed a velamento populi valde diſpar:populus eniꝫ ſuum ſimplici ter in rotūdum implicat et conuoluit:iſti autē arte cōpactuꝫ et mire cōpreſſum:in a liā ve formā in dyadematis modū inſtructum ferūt:ſummi ordinis ipoꝝ a quo ſol dani (veluti ex noſtris cardinalibus ſummi pōtifices creantur) capitale tegumentū diſſonū eſt et maxime ridiculū. Ex linea et ipꝫ tela tenui:ſed hinocoretici opuſ cumu li:ex ſexagita nanqꝫ et interdū ſeptuagīta (vt ipi aiunt) vluis in circūflexiones vari as:in gyros diuerſos in cornua demum deſinens:confectū eſt:a ſede velaminis q̄ in figit̄ capiti cornua ſex:quoꝝ quattuor nō lōgiora ſpatyma:ſed magno lacerto craſſi ora prodeūt:duo vero alia veluti adiacentia ſcopulis promūtoria de medio breuiū q̄ttuor cubitalia fere in coclee cornuū ſimilitudinem ſurgūt: nec medius fidius aliū de ſibi hos barbaros q̄ꝫ a vernali coclea:ea ſubſanatoria cornua ſumpſiſſe arbitra ri poſſuꝫ:rem namqꝫ alteri cuiqꝫ ſimiliorē cōſpexiſſe me nunq̄ꝫ puto. Idē habebat ſoldanꝰ eo publici ſpectaculi die cornutū capitis tegumētū. Neqꝫ.n.poſtquam ſu premū gradū aſcēdit:diſſonuꝫ ab optimatum ornatu (de quorū ordine creatus eſt) habitū ſummit. Cur tāti pōderis tāti ve impedimēti ſtruem ſibi inijcerent: qua im pliciti:vertere vix caput immoto corpe valēt:a tāgaribardino prius ſuſcitatꝰ fuerā Is duas mihi rationeſ addutit:ne ſcilicet leuiter caput mouēdo a virili grauitate fe do aut ſtulto geſtu aliquo diſcedere poſſint:ne ue illi oneri aſſueti) galeam poſt mo duꝫ (q̄ndo bellū ingruat) ferre faſtidiāt. His ita actis et conſideratis: a ſoldano di mittor:a quo quō domū rediturus:iā terga vertere (vt ego liberius cūcta q̄ ſeſe mi hi offerrēt inſpicere quirē) id ſpacij quod a ſoldani conſpectu ad primū arcis ingre ſſuꝫ iacet: vtriqꝫ ſtātibꝰ mamaluchis circūuallatū: vt paſſibꝰ metirent̄ nec minꝰ vt aſtātiuꝫ mamaluchoruꝫ copiā dinumerarēt his q̄ me ſequebātur iuſſi. Mamalu

ſoldani deſcriptio.

nō vtūt̄ caligiſ neqꝫ torace.

velaminuꝫ varietas a qua graduū dinoſcit̄ diſcrimē.

due cauſe q̄re ita onero ſum capitis velamē ſerūt.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

choꝛũ numerũ circiter q̃ttuoꝛ milliũ affuiſſe: paſſuũ autẽ circirter octigẽtoꝛũ ſpaciũ interceſſiſſe compi: neutrũ tamen ex amuſſi quiſq̃ circũſpiciẽdi ſtudio dinumerauit Quõ autez a ſoldano duas iam cuſtodias regrediẽtes tranſegiſſem⁹: quoꝛũdã ho minũ diuerſo aliq̃tiſper habitu ab egyptijs cuneo efficimur obuij: qui poſtq̃ in me toꝛuis oculis: rugoſa frõte: furibũdo ſupcilio: rabida maledicta (vti geſtib⁹ eoꝝ cõ ſtabat) ſubmurmurantes de toꝛſerũt trucimanno quedã arabico idiomate mauri tano ſublocuti ſunt. Quibus truciman⁹ parũper minitãs vt taceret in minitaſſe vi ſus eſt. Inter eundũ q̃ naz eſſet: q̃d ve queritarẽt: q̃ ſolliciti: et cur ita angerẽt mihi tangaribardin⁹ aperuit. Oratoꝛes eſſe illos numidas et mauritanos: de q̃b⁹ in cal ce libꝛi ſecũdi mẽtionẽ fecim⁹: ſignificauit. Qui quoniaz nõ modo in me ceteros ve chꝛiſticolas ſoldanũ (vt ipi arbitrabant) non ſeuiſſe ſenſiſent: verũ etiaz honoꝛifice ab eo me fuiſſe ſuſceptũ didiciſſẽt: animo cruciabant. et mẽtis turbulẽtiã palloꝛe vul tus oſtẽdebãt. Hi pmanent in foꝛib⁹ meſti: nos domũ reuertimur. Interea loci duz negotijs p tractãdis aſſignatus mihi dies aduẽtet: ne tẽpus vllũ fruſtra mihi ð ma nib⁹ (vt vulgo dicit) euadat: de regionis natura: de incolaꝝ moꝛib⁹: de ſeruoꝝ im pio: ceteris ve reb⁹: q̃ memoꝛatu mihi digna viſa ſunt: p tẽpore ſcrutatus ſuz. Qua re neqz abſonũ mihi videbit ſi eorũ (que collegeri) pleraqz bꝛeuibus enarrauero.

qd ſẽſerit oratoꝛes numide et mauritani.

ð natura regionis. ð incolaruz moribuſ. de ſeruoꝛũ impio

Prouĩcia eſt egyptus: ſatis ãple lateqz a choſmographis ⁊ hiſtoꝛicis depicta. Ur bẽ autẽ puincie nr̃a tẽpeſtate caput: cayrũ incole appellãt. Hec eſt in aſia trãs nilũ alexãdꝛia vero citra: propterea in africa. Niluſ. n. ſereniſſimi pꝛicipes Aſiã dirimit ab aphrica. Urbs ea pmaria populoſiſſima: ingẽs: de cetero puĩcia ciuitatib⁹ aut oppidis populoſis rara. Quõ ſit (pter eas q̃ inundãti eſtate nilo ptes irrigant) ha renoſa: arabũ ve cõtinuis in curſionibus infeſtata. Precipue tamẽ ob ſeruoꝝ ſeuã tyrãnidẽ: de quoꝝ initio moꝛibuſqz (puſq̃ ad alia pgrediar) pauca ptingã expila ta et oppꝛeſſa. Unde ad ſeruoꝛũ manus tã magne molis impiũ venerit (qui egypto ſyria: arabie vtriqz: ac idumee vniuerſe dominant) varia referũt: certaz vero hiſto riaz minime ſe habere dicũt. Egyptias feminas: in maritos (deficiẽtibus liberis) ad imperij gubernaculũ ſibi tunc ſeruos ſuffeciſſe: quo pcereſ omnes iudaicuz populũ moyſe duce fugiẽtez inſequẽtes: cũ ſuo pharaone mare rubꝛũ abſoꝛbuiſſet: pleriqz autumãt: neqz id publice recitare heſitant ſed lõge ambages. Egyptios alij ſua ſpõ te vt ſe accepti a ioſeph iacobita beneficij (q̃ pharaonis ſeru⁹ egiptũ vniuerſam fa me peribundã vaticinio liberaſſet) gratos oſtẽderet: ad ſeruos imperiũ detuliſſe p dicant: ſed poꝛe fabula meo iudicio fabuloſius. Qui vero pſentiũ ratione moti de ig notis iudiciuz faciũt: veri ſimilius rem diſſerũt. Seruos quõdã ſumptis in dños ar mis impium ſibi (pꝛeſentis cuiuſdam exẽpli argumẽto edocti) occupaſſe cõiectant.

in feſtat et egiptuſ arabũ incurſationibus.

opiniõeſ de oꝛigine imperij.

ratio de initio impij veriſimilioꝛ.

Caytbeo nanqz ſoldano viuẽte qui foeliciſſimo ductu tres et trigita annos ſceptro potitus eſt: mamaluchoꝝ ſeruos ethiope quõdã duce trans nilũ a dñis armatos ſe ceſſiſſe: Multoꝛũ memoꝛia pdebat. Eſt eniz ſub ſeruoꝛũ ingẽs multitudo quõ nul lus ſit mamaluchus q̃ domi non habeat duos aut plures ſecũduz cuiuſqz gradum miniſterio addictos indos: Aut ethiopes famulos pcio emptos. Hoꝛuz defectioni magno exercitu compato caytbeius ipe occurrit ſeruilemqz impetũ armis oppſſit: aliter. n. de ipſo et mamaluchis omnibus actũ ea tẽpeſtate fuiſſet. Pꝛudẽtioꝛes igit interẽptis quõdam dñis: impiuz ſeruos vſurpaſſe p certo habẽt: quõ nullus fuerit vnq̃ hoc caytheio potẽtioꝛ auſiqz fuerint ſub eius ipio cõtra dños inſurgere. Que vero ex varijs ego. Auctoꝛib⁹ collegeri altius aliq̃to rem trahẽdo nõ inutilla dctu vr̃a maieſtas accipiat Ab anno ſeptigẽteſſimo quarto a ſalute nr̃a ⁊ chꝛiſti natali

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

egyptij de mahometico genere regẽ: ut ſe a grecoꝛũ ſeruitute liberarẽt: ſibi crearũt: q̃ caliphus apellabat. ab huius caliphi nomine reliqui omnes egipti reges caliphi ſunt apellati ad annũ uſqz tertiuz ⁊ quinq̃geſimũ ſupꝛa milleſimũ tũc nanqz alme rico xp̃iano hieroſolimoꝛũ rege caliphũ bello vꝛgente ſultani ſyꝛie regis auxiliũ ca liphus imploꝛat. Mittitur a ſultano ſirie ſarraco dux milicie. Calipho ſuccurrit. Almericũ ⁊ xp̃ianos pellit. Aſt calipho in vĩcula coniecto regnũ ſarraco vſurpat ſe qz iubet ſultanũ a ſui pꝛĩcipis nomine nõ regẽ vocari. En ſoldanoꝛũ initiũ anno ab hinc nono ⁊ quadꝛageſimo ſupꝛa quadꝛigẽteſimũ: eſt nanqz hic ann⁹ quo ego hec ex itinere ſcribo ſecundus ⁊ quigenteſim⁹ ſupꝛa mileſimũ. Non multos poſt annos ſultanatus hic egiptius ad melechſalaz p ſucceſſuz venit. Is melechſalã a tartaris p mercatoꝛes magnuz ſeruoꝛũ numerum q̃ comani dicebant in antiochie finibus be llo victoꝝ coemit. Ita ſeruos melechſalam inſtituit ut eoꝛũ opa (liberis abiectis) be llo ⁊ pace: ⁊ in pꝛouintijs gubernãdis ⁊ p tractãdis armis uteretur. Melechſalã do minũ ſerui trucidãt de ſe ipis tuquemenium ſultanum creant ⁊ regno inſident ſerui. Ita in ſeruoꝛũ ſeruitutẽ ad hec uſqz tempa redacta eſt egyptus. Ex hoꝛum collegio bondocadar ſultan⁹ ãno octauo ⁊ ſexageſſimo ſupꝛa ducẽ. ⁊ milleſſimũ a xp̃ianis v niuerſã ſyꝛiã ⁊ paleſtinã abſtulit pꝛeter ptholomaidẽ quam deide melecaſtraphus ſultan⁹ poſt annũ tertium ⁊ vigeſſimuz a bondocadar uictoꝛia xp̃ianis ademit ſan cto tamẽ ſepulchꝛo omnes barbari pepercerũt. Ad caitbeiũ a quo digreſſi ſum⁹ iã reuertamur. Hic eſt illi ſoldan⁹ cuius auſpicijs turcharũ copias ingẽtes: parua ma maluchorũ manu ſepius effuſſas audiuim⁹. Nec (eoꝛum diſciplina militari p cog nita) ſum q̃dem admiratus. Nam vbi pꝛimuz e mõtib⁹ vt pluꝛimnz ſciticis venũ a llati ſunt: ĩ quib⁹ inedie ⁊ frigoꝛib⁹ aſſueti pene nudi obduruerũt in domos ſuas hi barbari pꝛincipes rudes illos emptos adducunt: die noctuqz nulla in re alia tẽpus vlluz terere q̃ in pertractãdis armis ipſos patiuntur. Ad quos erudiẽdos quilibet optimatũ: pꝛo cuiuſqz opibus ſtipẽdio conductos domi magiſtros gladiatores ha bet: quib⁹ nuper emptis (veluti ſeſſoꝛib⁹ equi domãdi) obſignãt. Ex quoꝝ ferula ſi in ſtrenuos euadũt milites: in mamaluchos cenſẽt: alias famulant ſemp. Mama luchoꝝ oꝛdo equeſtris eſt cuz ſtipẽdio militari piguiſſimo: cuilbet eni ipoꝛũ pecunia ri⁹ cenſus p ſingulas lunas (a luna nãqz mẽſes cõputant) dꝛagmarũ auri ſex et qua dꝛãtis / pbetur. alimonie vero quottidiana mamaluchi poꝛtio: tantũ eſt oꝛdei q̃ntũ duob⁹ equis ſufficiat alẽdis: carniũ autẽ libꝛe eoꝛũ moꝛe tres in ſingulos diuidunt: rotulũ ipi libꝛam vocant: ea eſt noſtrarũ vnciarũ due de viginite: panis vero ea dat poꝛtio: que ipi et trib⁹ miniſtris ſuppetat. Unde quõ nulla ſit his alia pꝛeterq̃ ð ar moꝝ exercitatione (vti diximus) cura: ſintqz viribus pollẽtes et laboꝛib⁹ ſemp cum egeſtate a ſue gentis conſuetudine enutriti: nec apud dominos lectis pcumbãt: im mo et duro ſolo ſteria tantũ ſuppoſita vel tapetulo aliquo veteri cõſtrato quieſcant mirari de ſino potuiſſe tales viros numeroſioꝛes hoſtium turbas aliquãdo pfliga re. Hic ſermo ſereniſſimi pꝛincipes de veteribus eſt mamaluchis. Iunioꝛes nanqz ſunt numero paucioꝛes: neqz illa (quam nunc recitauimus) militari diſciplina inſtru cti vigent: veteres eni exoꝛtis poſt caitbeiũ inter pncipes hos factionib⁹: mutuis gla dijs cõſumpti ſunt. Recentioꝛes vero ex eoꝛũ ſcolis (quas vocãt tabachas) nõ ma turi armis / vt mamalucoꝛũ numerus aliquis ipleat educũtur. Hoꝛũ tamen opera (qualeſcunqz ſit) ad regnoꝛum regimen et pꝛeſidiũ ſoldan⁹ vtit. Nec alterius modi cuiq̃ ſumma rerũ credit. Mamaluchi ex chꝛiſtianis deliguntur hi Mahomete ſe ctã abnegato chꝛiſto diuiciarum et impij cupiditate pelecti amplectũtur ex alia gente vlla cenſent neminem. A iudeis nanqz fieri quenq̃ mamaluchũ vetant: quoniam

Mamaluchis ſtipendium.

quare mamaluchi ita belle apti.

ex q̃bus gẽtib⁹ mamaluchi.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

doloſos eſſe et capiendis armis aptos minime iudeos putāt. Ex mahometice quo-
q3 legis viro aut femina genitos in mamaluchos conſcribere (ne ſuos mores intelli
gant) pretimore recuſant: atq3 id apud ipſos ſuis decretis et conſuetudine tantum
inualuit: vt neq3 proprios filios (quoniā ab ipſis) poſtquam mahometici effecti: a
ut ex mahometica muliere orti ſunt: armis inſtruere vel ad honores et magiſtratus
euocare liceat: fas eſt tamen pecunias: domos: ſupellectilia queq3 aut predia natis
legare. Ex mamaluchis proceres: ex proceribus Soldani creantur. Quare quo
nam pacto a chriſtianis hoc genus hominum originem trahat: quanta ve cum no
ſtre religionis ignominia opprobrio et dedecore hi barbari dominentur: catholici
principes iam colligere poteſtis. Expergeſcimini aliquando & rem chriſtianam ca
peſſite: non deerit ſibi chriſtus. Gens autem ipſa incolarum eſt imbellis: effemina-
ta: inermis: diſcincta: mollis: timida: mechanicis tātum artibus aut mercature intē-
ta: vitam ſilentio preterit inglorium: nec alijs legibus a mamaluchis gubernatam
q3 abſoluto iudicio: eſt preterea mamaluchi cuiuſuis tanta in accolas vniuerſos po
teſtas: vt claua lignea quam manu geſtat ſemper: quencumq3 accolam obuium fe
rire pro libito vel leuiſſima occaſione ſumpta liceat: q ſcilicet ipſum tranſeuntem te
tigerit: aut venienti non aſſurrexerit vel minus honorifice ſalutauerit: aut non citus
loco ceſſerit: interdum etiam nullam nactus cauſam / dum aut temulentus aut inſa-
nus vel alias iratus incedens per vrbem mamaluchus occurrit accole: ipſum quot
quot ictibus libet percutit: nec muſitare miſer audet: neq3 in eius auxilium vel lab-
bium mouere quiſqua3 intentat: quanuis pater filium aut filius patrem a mamalu
cho cedi conſpiciat: equo tamen vultu patiatur neceſſe eſt. Nam perimere accolam
in auxilium alterius (vt ipſum de percutientis manu eruat) acurrentem: vel percu
ſſum: clauam (ne feriat vlterius) manu aprehendentem mamalucho impune fas eſt
Multos quippe (niſi caput illis voluminibus implicitum de quibus mentionem
fecimus ferrent accole) mamaluchi paſſim occiderent: quom neq3 ſe defendere cui-
q3 liceat: neq3 in mamaluchis vlla interdum pietas vigeat. Accole cuiquam arma
vlla vel gladiolum quidem acuta cuſpide vel recta apud ſe habere: equo vel am-
bulare vetitum eſt. Redituum autem (preter ordinaria vectigalia) lex eſt principu3
voluntas: exigunt: expilant: extorquent: et ad oſſa vſq3 excoriant. Propterea (et ſi
animus ad vindicandum ſe in libertatem a tam impia ſeruitute adeſſet) vires ta-
men deficerent quō pecunie (que ſunt nerui belli) illis deſint: exercitijq3 minime ſint
armis. Feminas vtraq3 gēs quotquot libet (ſi alendi facultas ineſt) aſſummit ſi-
bi. Voluptatibus omnifariam dediti (futurorū omni cura poſt habita) viuunt: ſuo
q3 mahomete ſe magis gratum facere tunc arbitrantur: quom ardentium delectatio
nibus incumbunt. A vino tamen abſtinere mahometica illis lege preceptu3 eſt: ſed
mamaluchi dum vinum aſſecuntur multo auidius / quam nos illud bibunt. femine
per vias brachate nudis vſq3 ad genua cruribus ambulant: veſtes tamen viri ac
cole fere talares induunt: mulieres aute3 ſurarum tenus tantum: ſed femine calliga
te. Inſanos: deliros: limphaticos ve homines ſanctos eſſe ac diuino ſpiritu afflatos
arbitrantur et colunt. Judicate igitur ſereniſſimi reges qua3 infauſto ſidere regio
nes he gubernentur: in quibus ſerui dominantur: liberi ſeruiunt: graues opprimū
tur: ſtulti extolluntur: vbi nulla fides: nullum ius: nulla pietas: miſericordia rara: a-
uaricia im menſa: in domibus ſumma (ob multas vxores) diſcordia: foris ingens in-
ter ſe odium. Viget enim inter ipſos principes (ob diuerſas poſt caytbei mortem fa-
ctiones exortas) incredibilis inimicicia: nec in re vlla magis inuigilant: vel ingeni

q̄d poſſint mamaluchi filius relinquere.

neq3 arma ferre neq3 ābulare eqs licet accolis

atterunt: qua3 alter precipitio ac ruine alterius. Quare vnde hec tam diuerſa in v-
na gente ſtudia emanarint: vnde ſibi hec adeo rabida ſimultas initium ſumpſerit:
opere precium erit aperire: ſed aliquanto altius vt res ipſa planius intelligatur re
petendum eſt. Anno a nomine chriſti quinto & ſexageſimo ſupra quadringēteſimū
ac milleſimum: ab eoru3 vero ſeductore mahomete octigenteſſimo ſexageſimo ſecū
do vel circiter (ad vnguē.n. colligere id nequiuimus / quoniam diuerſo a nobis or-
dine computant annos) Imperatorem ſibi caytbeium virum ſcytha3 hi ſerui q an
tiquior: q vel magiſtratu ſummo & auctoritate polleret: elegerunt. Hic fuit inge-
nio & virtute bellica preclarus: tenuitq3 (vti ſupra diximus) imperium annos tres
& triginta. Qua propter ea diuturnitas imperij mamaluchos fidos illi: q ipſos ſua
pecunia fere omnes coemerit: ſuoq3 pane nutrierit (veteribus vel etate vel bello a-
ut varijs morbis maiori ex parte conſumptis) effecit. iter hos vna diſciplina: vno pa
ne ſub eodem domino educatos duo de lautioribus ac opulentioribus principibus
quorum alter Acbardinus: campſous campſomia alter nuncupabatur: inimicici-
as inter ſe capitales etiam caytbeio viuente exercebant. Quom enim ambo ſcythe
eſſent: amboq3 a paruulis de ciarcheſis vulgo montibus rapti: eodemq3 pago ori
undi dicerētur: campſous qui ſe nobilem genere ortum iactitabat: Acbardinum ve
ro ruſticitatis arguebat: preinuidia q faciliores Acbardino Soldanus aditus ad
ſe preſtaret: q ve potentiores qua3 ipſe magiſtratus aſſequeretur acbardinus: ani-
mo Campſous cruciabatur: ita (vt fit inter omnes ventoſos ambitionis afflactus
affectantes) perniciem alter alteri ſemper machinabantur & aſtruebant. Qua pro
pter quom grauiter iam egrotante caytbeio inclinatos ad erigendum aduerſariu3
ſuum in imperium ob maiores pecuniarum & magiſtratuum copias mamaluchos
campſous campſomia ſentiret: caytbeium adhuc integro ſenſu laborantem meſto
vultu & obortis lachrymis cum dictis adit huiuſcemodi. Imperator optime: tantā
fuit erga nos omnes tua ſemper humanitas & clementia q niſi maiorem tui homi-
nem exuentis: q3 apud nos viuentis rationem haberemus: ingratiſſimos nos omni
um ſeruorum erga optime de ſe merentes dominos & ſummorum beneficiorum ne-
phario imemores fateri cogeremur. Hunc enim (quanuis nobilem) paupertate ta
men ſumerſum: illum e ſiluis: alium e pecudum cuſtodia ab horrendis ſcythie frigo
ribus & vrgenti fame ac demum ex miſerrimis magalibus ad ſummas diuitias: ad
preclara palacia: & altos rerum cardines euexiſti. Conſtituimus igitur imperator
maxime (ne ingratitudinis deteſtabile nomen ſubeamus) filium tuum mahomethē:
quem tibi nature ductu gratum ſemper fuiſſe cognouimus: quem vti tui deficientis
ſimulacrum veneraremur: in imperatorem nobis eligere bonorūq3 omnium hanc
ſcito firmā eſſe ſententiā. Caytbeius autē longa re3 experientia ſapiēs Campſoi
mentē apte cognoſcēs: qui non ſui filij cauſa / ſed ne impiū ad inimicū acbardinum
perueniret: talia moliret. Campſoum a propoſito diuertere conat9 eſt. Senſit eni
id potius filio pniciē q3 felicitatē pariturum: hortatuſq3 eſt toto ingenio Capſoum
vt impatoris electionē ordine ſuo veteri ſecūdū inſtituta maiorum procedere pate-
retur. Se vno animo ipſos filioru3 loco habere: quos ita fidos ſemper cognouerit:
quos ve ſuo pane a teneris educauerit. Paucis repetitis Campſous diſcedit. Ca
ytbeius autem non longo poſt animam exhalauit. Campſous vero campſomia
q̄ apud caytbeiū egerit enarrans: caytbeiūq3 ſibi vt filiū eligerēt dixiſſe emētiēs: ō
mamaluchis quoſcūq3 pōt ſubornat. mahomethē mamaluchis auxiliātib9 i caſte
llū vbi regia ē locat. Impatorē creat: is eſt eo tempe adoleſcēs ānos nondu3 natus

caytbeius ſoldan9 vir clarus.

campſoi et Acbardini principū ſimultas

narratō meritorum.

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſexdeci:a ſummo eoꝝ põtifice mãmetes cõfirmat̃ habẽt.n.⁊ ipſi ſummũ põtificẽ ad
quẽ huiꝰ impij machina ſi egiptij hoies eſſent ptineret ius ſuũ (vt ceteri cõſueuere)
mãmete cairi regiam tenẽti triũ milliũ auri dragmarũ precio põtifex vendit. Et tri-
bunali (vñ ſoldano ſtanti pedibus) iuſdicendum: vite neciſqꝫ liberam poteſtatem
preſtat: ipſe deſcẽdit: ſe ipũm ſpoliat. Soldanum imperaturam induit: abit puatus
permanet in impio mamẽtes. Qui petulãs ⁊ iprudẽs tãta ve mole iplicatꝰ laſciuire:
ſanguine gaudere: pecunias optimatũ ſitire: necẽ illis moliri cepit: occaſionẽ nactꝰ
quoſdã obtrũcat: ceteris oibꝰ ficto generali conuiuio inſidias parat: matri cõſiliuꝫ
mores noui ſoldani aperit. Ea fratrẽ ſuũ qui cãbſo ciarcheſus noie de optimatibus ⁊ ipſe vnus erat iu-
gulãdus: ne eo die quãuis inuitatus accedat monet: eius nepotis: ſui filij: mentẽ de-
tegit. Cambſous ciarcheſius nepoti iratus qui talia machinaret̃ optimates cõuo-
cat iminẽs periculũ enarrat ſibi conſulãt edicit. Optimates vbi adoleſcẽtes animũ
quo tẽdat intelligũt cãbſoo ciarcheſio magna ob propalatũ facinus pollicent̃. rem
diſſimulãt. Acbardinꝰ iterea ⁊ cãpſoꝰ cãpſomia potẽtiſſimi duo pmates alter pecu
niarũ amplitudine: beniuolẽtia fretus amicoꝝ alter: ſeſe inuicẽ duabus pugnis ap-
to marte ⁊ collatis ſignis ita proſternũt vt vite tedio confectus acbardinus mortem
cãpſous cãpſomia ⁊ acbardinꝰ ſeſe mutui cõficiunt bellis obierit. Campſous autẽ cãpſomia domo: bonis: patria: extorris lateat incertuꝫ an
viuat. ab hijs duobus diuerſa inter ipſos ſtudia diuerſeqꝫ factiones q̃ nunc eos exa
gitãt exorte ſunt. Indeqꝫ ẽ vt intra ſextũ a caytheio ãnũ quiquies iã ſoldanicã ſedẽ
euacuarint. ⁊ ſeſe inuicẽ mamaluchi veterani (ſuis quiqꝫ partibꝰ fauẽtes) tellis con
ſumpſerit. Ad iã pturbatos optimates redeamus: per tomũbeiũ quẽdã armorum
ducẽ inferioris inter principes ordinis cui etiã mãmetes necem fuerat minitatatꝰ in
ſidias mãmete parant. Mãmetẽ ſimul ⁊ duos eius amitinos (quoꝝ cõſilio regeba
tur) ſtructo intra tentoria caſtrẽſia conuiuio in agro iuxta viã qua facturum mãme
tem iter ad q̃dã laſciua pulpamẽta ipſuꝫ didicerat inuitatũ obtruncat ex inſperato:
tomũbeius. Hic fuit ifelicis adoleſcẽtis exitus triẽnio nõdũ pacto: a pr̃e (dũ morere
tur) preuiſus. Principes vero tũ vt amicoꝝ mametes aios mitigarẽt: tũ etiã vt ac-
cepti a campſoo ciarcheſio beneficij ſegratos oſtẽderẽt campſoum ciarcheſiuꝫ eius
creatis anũculꝰ mamẽte. auũculũ tomũbeio nepotis interfectore tractãte coronãt. Tonumbeius proditiõis
mercedẽ dux exercitus (quẽ ipſi magiſtratũ emirchebir appellãt) creatur. Is ẽ ma-
giſtratus primꝰ poſt ſoldanũ exercitibus nanqꝫ preeeſt. Rebus ſic ſtãtibus: zãba-
llatus qui Damaſco Sirieqꝫ preerat: creationi nõ aſſentitur: arma cõtra ſoldanũ
parat: eſt eni eius gubernationis magna potentia. Tomũbeius ſeſe debellaturũ zã
ballatuꝫ offert. Soldanꝰ Tomũbei proditoris verſuciã noſcẽs: q̃uis timeret: diſſi
mulat tamẽ vtqꝫ fideliter ac fortiter ſe gerat cõtra hoſtẽ: remqꝫ pagat prudẽter hor
tatur: ſuadet: rogat: multa pollicetur: ſed in caſſum oia: colligit exercitũ tomũbeius
in zamballatũ mouet: in ſiriã proficiſcit̃: cõuenit zãballatũ: nouã poitiouẽ aſtruit:
collocũtur: fedus iniunt: cairũ veniũt: campſoo ciarcheſio regnũ abripiũt: prehen-
hec ãtiquifari ſedes ẽ. dunt Alexandriã intra munitã arcẽ cuſtodijs fidis traditur: iperauit hic mẽſes tan-
tũ vigiti zãballatũ ſceptro pficiũt. Nemini parcere zãballatꝰ cepit: optimatũ quoſ
dã diuerſaꝝ partiũ ſtrãgulat: alios i exiliũ mittit: pleriſqꝫ pniciẽ machinat̃: venetoſ
ianuẽſeſ: ceteroſqꝫ mercatores i ſoldanicis regnis comercia tractãtes expilat: i carce
rẽ ⁊ cathenas trudit: tormẽtis (vt ab eis pecuniã extorq̃at) affligit nullũ deniqꝫ ſe-
uicie genꝰ pretermittit: in odiũ ppterea pncipũ ⁊ mamaluchoꝝ oiuꝫ incidit. Qua p
pter eodem tomumbeio (cuius ductu emerſerat) moliente pceres in zãballatum de
ficiũt: intra caſtellũ regiam domum illum obſident. In diem nonũ capitur: alexan
driam ⁊ ipſe victus (vt fraus fraude puniatur) cuſtodiendus mittitur: in ipſo carce

re poſt tertiũ vix menſem vita ſtrangulatur. Imperauit hic menſes nõ integros no
uem. regia in Tonũbei poteſtatẽ venit: ſedẽ capit: coronatur. Tunũbeius quõ pri-
mũ ſceptro potitus eſt: non modo in diuerſe factiõis proceres ⁊ mamaluchos (quoꝝ
arma vereretur) ſed etiã in populũ (crudelitate media ſeſe impatuꝝ exiſtimãs) ſeui-
re cepit: nouas exactiones excogitat: ſed preter ceteras vnã imoderatã promulgat:
taxari domos ois tã incolaꝝ q̃ꝫ procerũ ⁊ mamaluchoꝝ impauit: iuxtaqꝫ cuiuſqꝫ do
mus valorẽ locationẽ exegit ſemeſtrẽ: qua exacta: iteꝝ pſolui aliã voluit grauioreꝫ: tyrãnis tomumbei.
quãto eni q̃libet domus (huic rei prepoſitorũ arbitrio) decẽ mẽſiũ tẽpe locari (ſi lo-
canda foret) cõpeteret: tm̃ extorſit. Audite aliud itolerãdũ. Hic tam ſue legis ho-
minũ q̃ꝫ chriſticolarũ ⁊ iudeorũ quoſcũqꝫ diuites fama eſſe didiciſſet: de medio tolle
re (queſitis occaſionibꝰ) nitebat̃. quomqꝫ proſcriptorũ domos integras aliquãdo tomumbei crudelitas.
depredaret̃: ſupellectilia bonaqꝫ oia / que de miſeroꝝ theſauris rapiebat: ad merca-
tores et ciues diuidenda mittebat cũ mãdato / vt illa duplo coemerẽt: quod ſi primo
edicto recuſaſſent: non minore in eos ſeuicia: q̃ꝫ ſi in crimẽ leſe maieſtates incidiſſent
procedebat. Cõſiliũ igitur proceres oẽs hunc a regno deijciendo (priuſq̃ꝫ tam dira
peſtis totũ depdat ouile) iniuerũt. Arma capiũt: caſtellũ ſepiũt: tonũbeium obſidẽt:
qui die ſeptimo de victoria ob ſcelerum cõſcientiam deſperãs: per cuniculos e caſte-
llo deſcẽdit: intra vrbẽ aufugit: dies latitat quadraginta: proditus tandem a ſuiſmet
clientibus: a zãballati familiaribus / quẽ ſtrãgulari iuſſerat: trucidatur. Ita octauo trucidatur tumumbeius.
nõdum mẽſe peracto: generalis pernicies gladijs inimicorũ confodit̃. Conueniunt
proceres vt impatorẽ deligãt omniũqꝫ ſuffragijs ſtat. Cãbſouꝫ gaurũ: qui tũc deu
darius ideſt curie pretor erat (ad eũ. n. oẽs regie cauſe deferunt̃) impatorẽ creare: tũ
quoniã tomũbeio deuinctus erat intima neceſſitudine: vt tomũbeie factionis ptur-
batos animos paccarent: tũ q̃ꝫ is neqꝫ vafer vir eſſet: neqꝫ potentia pecuniarum po
llens: q̃re deiecturos ſe illũ facile (poſt ſedatos tomumbeianoꝝ furores) arbitraban
tur. Cambſoum igitur gaurũ adeũt. Sceptrũ offerunt: renuit gaurꝰ: vt ſe corona-
ri patiat̃: hortant̃. inclamitando iterum recuſat: inſtant hi: abijcit ille: ſe nullo pacto
id onus ſubiturũ: nolleqꝫ ſe huic tanto piculo addicere frendẽs: predicat: imperituꝫ:
impotẽtẽ: ineptũ ſe huic tante machine regende fatet̃: ex aduerſo illum ſtimulant: ⁊
quo acrius ſumere prouĩciã abnegabat: eo auidius illi vt prouinciã ſumeret perſua
dere (ſe nũq̃ꝫ ei defuturos pollicẽtes) conabantur. Id quom aſſequi ab eo minime
poſſent: penſilem illum ⁊ illata vi in caſtellum portant: in ſoliũ locãt regiũ: põtificẽ capſouꝫ gauruꝫ creant
(qui eũ ſceptro coronaqꝫ muniat adducũt: is iteꝝ aſtus et ſimultates collegaruꝫ ac
perfidiã noſcẽs: nihil ſibi minus q̃ꝫ qđ alijs acciderat pertimeſcẽs: conq̃ritur cogi ſe
(qui minime diues ſit) ad imperiũ capeſſendum: quom naſaca ideſt donatiuuꝫ ma-
maluchorũ minime potis ſit perſoluere. Vetus eſt enim apud ipſos conſuetudo vt
quicunqꝫ aſſumũtur in regni habenas: ſingulis mamaluchis dragmas auri centũ
in ſtrenas: pceribꝰ vero pro cuiuſqꝫ gradu diuerſa millia impartiat̃. qđ donatiuũ
ipſi vocãt naſſaca vltima acuta. Nec proditionis nota illi mamaluchi aut optima de dõatiuo naſaca.
tes taxant̃: q contra eũ ſoldanũ arma ceperint: a quo pecuniarũ hãc ſummã nõ ha-
buerit: que numorũ copia (quom ſit ingens) excedit. n. dragmarũ auri interdũ my
riadem ſoldanos cogit plerũqꝫ eas (quas ſupra cõmemorauimꝰ) extorſiones exer-
cere. Ad hoc proceres ſuo mamaluchorumqꝫ priuatorum nomine Gauro reſpon
dẽt bono animo ſit: octo ſe menſes (donec ex regnorũ prouẽtibꝰ pecuniã colligat) ex cãpſouũ gauruꝫ regit orator ſoldanum.
pectaturos ſuum quiſqꝫ naſſaca pollicent̃. Sedet igit̃ q̃uis inuitus campſo Gau
rus: iſqꝫ eſt quem vr̃o catholico nomie legatꝰ adiui: ſed in regno ſecurior ceteris: q̃

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſexdeci:a ſummo eoꝝ pōtifice mām̄etes cōfirmat̃ habēt.n.⁊ ipſi ſummū pōtificē ad
quē huiꝰ impij machina ſi egiptij hoies eſſent ptineret ius ſuū(vt ceteri cōſueuere)
mām̄ete cairi regiam tenēti triū milliū auri dragmarū precio pōtifex vendit. Et tri-
bunali (vñ ſoldano ſtanti pedibus) iuſdicendum: vite neciſqꝫ liberam poteſtatem
preſtat: ipſe deſcēdit: ſe ipſum ſpoliat. Soldanum imperaturam induit: abit ꝓuatus
permanet in impio mamētes. Qui petulās ⁊ iprudēs tāta ve mole iplicatꝰ laſciuire:
ſanguine gaudere: pecunias optimatū ſitire: necē illis moliri cepit: occaſionē nactꝰ
quoſdā obtrūcat: ceteris oibꝰ ficto generali conuiuio inſidias parat: matri cōſiliuꝫ
[mores noui ſoldani] aperit. Ea fratrē ſuū qui cābſo ciarcheſius noīe de optimatibus ⁊ ipſe vnus erat iu-
gulādus: ne eo die quāuis inuitatus accedat monet: eius nepotis: ſui filij: mentē de-
tegit. Cambſous ciarcheſius nepoti iratus qui talia machinaret̃ optimates cōuo-
cat iminēs periculū enarrat ſibi conſulāt edicit. Optimates vbi adoleſcētes animū
quo tēdat intelligūt cābſoo ciarcheſio magna ob propalatū facinus pollicent̃. rem
diſſimulāt. Acbardinꝰ iterea ⁊ cāpſoꝰ cāpſomia potētiſſimi duo ꝓmates alter pecu
niarū amplitudine: beniuolētia fretus amicoꝝ alter: ſeſe inuicē duabus pugnis ap-
to marte ⁊ collatis ſignis ita proſternūt vt vite tedio confectus acbardinus mortem
[cāpſous cāpſomia ⁊ acbardinꝰ ſeſe mutui cōficiunt bellis] obierit. Campſous autē cāpſomia domo: bonis: patria: extorris lateat incertuꝫ an
viuat. ab hijs duobus diuerſa inter ipſos ſtudia diuerſeqꝫ factiones ꝙ nunc eos exa
gitāt exorte ſunt. Indeqꝫ ē vt intra ſextū a caytheio ānū quiquies iā ſoldanicā ſedē
euacuarint. ⁊ ſeſe inuicē mamaluchi veterani (ſuis quiqꝫ partibꝰ fauētes) tellis con
ſumpſerit. Ad iā pturbatos optimates redeamus: per tomūbeiū quēdā armorum
ducē inferioris inter principes ordinis cui etiā mām̄etes necem fuerat minitatꝰ in
triginta lequas diſtans: montuoſa: aſpera: ſed quicūqꝫ reguli mediū tenent huiꝰ im
perio parent omnis ea regio a naiba ad vltimam occidētis orā auri expers eſt. No-
ſtros depoſitis armis datoqꝫ pacis ſigno placidiſſime (in certum metu an humani-
tate) ſuſcipiens: quid nam ſibi vellent interrogauit. Antelatus autē inquit vt quē
admodum et reliqui huius inſule principes prefecto maritimo fratri meo hiſpanoꝝ
regum noīe vectigalia preſtes: cui ille. quomodo id a me poteſtis exigere cuius nul-
la regio de multis que mihi imperanti auſcultant: aurū gignit. Audierat enim gen-
tem exteram que aurū auide queritaret ad inſulā aduētaſſe. Sed ꝙ aliud quā auruꝫ
cuperet minime arbitrabat̄. Tūc antelatus: abſit vt cuiq̄ꝫ tributa iniūgamus que
perſolui facile nō poſſint: quibus ve regiones careāt. Bombicis canabi et aliarū hu
iuſcemodi reꝝ copiā prouinciā producere cōpertū hēmus: ex quibus prouentibꝰ vt
nobis aliquid impartiaris petimus. At ille his auditis hilari fronte: ſereno vultu ſe
quātum voluerint accipere de his daturū pollicetur: dimiſſoqꝫ exercitu ip̄ſemet pre
miſſis nuncijs antelatū vſqꝫ ad locum vbi ip̄ſe regiam habebat: ad lequas (vti dixi
mus). xxx. comitatus eſt. totoqꝫ eo tractu per reguloꝝ ei ſubditorū dioceſes iter ſemꝑ
fecerunt. alijs canabi quod nō peius nr̄o lino ad nauiū ampluſtria contexenda eſſe
dicunt: panis alij: alij bombicis (ſecundum telluris varie naturaꝫ) tributa impātes
Ad regiā tādē xaraguenſem applicāt. Hanc priuſq̄ꝫ ingrediantur accole omnes re
gē ſuū beechiuꝫ anachaucoaꝫ ac nr̄os honorifice ſuo more recepturi occurūt. Inter
cetera ſpectacula audi duo inter nudas ⁊ icultas gētes memoratu digna acta fuiſſe.
Appropiquātibus rege ⁊ antelato primū triginta femine regis vxores oēs ramos
palmarum manibus ferentes tripudijs cantibuſqꝫ ac ſonis ex regis precepto nude
toto corpore preter pudibūda: que femoralibus quibuſdam bombicinis tanq̄ꝫ co-

ſilue coccinee.

bella gerūt inuicem.

xaragua



Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

virgi͞es nu- rupte contegunt obuiam prodeunt. Uirgines eni͞ capillis per humeros ſparſis fro͞
de penitus. tibus tamen vitta ligatis nullam ſui corporis partem cooperiunt. Faciem: pectora:
ma͞mas: manus: cete raqꝫ ſub albido colore predicant fuiſſe pulcherrima. Dryades
formoſiſſimas aut natiuas fontiu͞ nymphas ꝺ quibꝰ fabulatur antiquitas ſe vidiſ⸗
ſe arbitrati ſunt. Palmaru͞ manipulos quos dextris geſtabant chorizantes: pſalen
teſqꝫ inuicez poplitibus flexis antelato omnes dono dant. domu͞ deinde regis igreſ
ſi eoru͞ more laute paratam cena͞ inuenientes longo itinere ⁊ vigilijs vires perditas
reuocant. nocte vero ſuperueniēte ſecu͞du͞ cuiuſqꝫ ſtatum ad hoſpitia obſignata per
regis miniſtros ducu͞tur. vbi in paratis (iuxta eoru͞ co͞ſuetudinē) lectis pēſilibꝰ quos
lecti pēſiles alias deſcripſimus quieuerunt. Altero die ad ea͞ domu͞ quam ſibi loco theatri con⸗
ſtruunt nr̄i ducunt. Ibi poſt multas variaſqꝫ choreas ⁊ ſaltationes in lata͞ planiti⸗
em due ex inſperato ingentes armatoru͞ acies deſcendunt: quas ludi ⁊ delectationis
gr̄a (vt apud hiſpanos ludus troycus .i. h arundineus ſepius inſtruitur) rex appa⸗
rari iuſſerat. Cominꝰ accedentes. ac ſi hoſtes collatis ſignis: pro opibus: pro focis
pro natis: pro iperio: pro vita deniqꝫ ipſa certaturi co͞currerēt: ita due ille acies vtrin
qꝫ manus co͞feru͞t miſſilibus telis ⁊ ſagittis intra breue hore momētu͞ quattuor ce⸗
cidere: pluresqꝫ vulnerati fueru͞t. acriuſqꝫ pugnatu͞ fuiſſet niſi rogatu nr̄oꝝ rex da⸗
to ſigno pugna͞ diremiſſet. In tertiu͞ inde diē conſilio regi p̄bito vt bo͞bicis plus de
inceps i ripis aq̄ꝝ (quo ipoſitu͞ per focos tributu͞ faciliꝰ pſolueret) ſererēt: ad hiſabe
la͞ valitudinarios ⁊ nauigia ꝗ incepta reliquerat viſurus tēdit. Uarijs morbis circi
ter tricētos repit cecidiſſe: q̄re anxius ⁊ q̄d co͞ſilij caperet ignarꝰ quom no͞ modo ad
valitudinē reſarciēda͞ ſꝫ victui neceſſaria fere cu͞cta deſſent: neqꝫ. n. ex hiſpania nauiſ
vlla aduentabat. ſic heſita͞s valitudinarios p ꝓuincias ⁊ caſtella in ipſis erecta diſ⸗
que caſtella partiri co͞ſtituit. Caſtella. n. ab hiſabella recto itinere ad ſanctu͞ dn̄icu͞ ideſt a ſeptē⸗
erexerint ⁊ trione ad meridiē per inſulam hec erexerunt. Ab hiſabella ad lapidez ſextu͞ ⁊ trigeſ⸗
eoru͞ noīa ſimu͞ ſperancia͞ arcē condidit. ſpera͞cia vero ad lapidē quartu͞ ⁊ vigeſſimu͞ diuaz ca
therina͞. A catherina ad vigeſimu͞: ſcm̄ iacobu͞ arcē a diuo iacobo ad alia vigiti milli
conceptio. aria turrita͞ condidit munitiorem qua͞ conceptionē appellauit ꝙ in radice cibauoruz
montium ꝙ cꝫ in planicie vaſtiſſima vbere ⁊ populoſa. Alia͞ deinde media͞ inter co͞
ceptionē ⁊ ſanctu͞ dominicu͞ condidit conceptione munitiorem: quoniaz intra termi⸗
bonanum. nos reguli cui ſupra quinqꝫ accolarum millia parebant: bonauu͞ nomine vocant in
ſulares eius regionis vicu͞: qui caput eſt prouincie propterea bonauum etiaz voluit
arcē p̄fectus appellari. Per hec igit̄ caſtella caſtelloru͞qꝫ vicina i iſulariu͞ domibꝰ i
firmis diſpartitis ad ſcm̄ ipſe dn̄icu͞ proficiſcit̄. a regulis ꝗ mediu͞ tenebāt ipoſita e⸗
xigens inter eundu͞ vectigalia vbi quoz aliquot dies moraret̄. rumor exoritur regu⸗
los oēs prouincie conceptionis ꝺſperatis in nr̄os animis propter eoru͞ vi ⁊ rapinas
viuere ſtudereqꝫ defectioni. Ad eos igit̄ vbi hec nu͞ciata ſunt lo͞gis mouet itineribꝰ
Quoz ꝓpiꝰ accederet guario͞exiu͞ ꝓuincie huius capeſſende ipatorē ab oibus fuiſſe
delectu͞ fama icrebuit ſeductu͞qꝫ ⁊ ſollicitatu͞ ſemi inuitu͞ tn̄ ab alijs fuiſſe: quoz nr̄oꝝ
aſtus ⁊ arma ia͞ alias expertus ptimeſceret. co͞uenera͞t certo die quindeci millibꝰ ho
minu͞ ſuo more armatoꝝ fortuna͞ belli iteru͞ tētare. Ibi a͞telatꝰ co͞ſilio habito cu͞ ar⸗
cis p̄fecto reliq̄s ve militibꝰ quos ductitabat adoriēdos eē incautos ⁊ pala͞tes regu
los in ꝓpijs laribus p̄uſq͞ȝ exercitu͞ co͞parēt co͞ſtituu͞t. Ad ſingulos igit̄ regulos ſin
guli cēturiones deſtina͞tur: ꝗ ex inſperato dormiētes priuſq͞ȝ ſparſis populis liceat
co͞uenire vicos eoꝝ co͞greſſi quos no͞: menibꝰ: no͞ foſſis: no͞ aggeribꝰ circu͞ſeptos ha
bēt ipetu͞t: capta͞t: vinciunt: ducu͞t quiſqꝫ ſuu͞ vti fuerat iperatu͞. Ad guarionexiu͞ an

telatꝰ ip̄e tanq͞ȝ ad potētiorē p̄rexerat. Cepitqꝫ ſicut et alij eadē hora co͞ſtituta ſuo᷑
Quatuordeci ea nocte ex eis ad co͞ceptionē tracti ſunt. paulopoſt duobꝰ ex ijs ꝗ gua
rioexiu͞ reliquos ve reꝝ nouaꝝ ſtudioſiores ſeduxera͞t ac ſubornauera͞t ſupplicio affe xiiii. reguli
ctis: ne ſuoꝝ regu͞ dolore confecti incole agros deſererēt: quod ſu͞mu͞ inco͞modu͞ prop capti.
ter ſementes nr̄is afferre potuiſſet: reliquos ſimul ⁊ guarionexiuz dimiſit. aderat vti
arbi trant̄ q̄nq͞ȝ milliu͞ hoiuz mlt̄itudo ꝙ ſupplices oēs pro ſuoꝝ regu͞ liberatiōe ier
mes co͞fluxera͞t. intonuit aer co͞tremuit terra p̄clamore illoru͞ vſqꝫ ad ſidera eleuato
Antelatus guarionexium atqꝫ alios pollicendo: donando: mina͞do: vt in poſteꝝ ca
uerēt ne q̄d tale molirent̄ admonet. Guarionexiꝰ apud populu͞ orationē habuit co⸗
pioſiſſima͞ de nr̄oꝝ potentia mia: in delinquētes: liberalitate in fidos: vt ſedent aīos:
nec quicq͞ȝ vlterius aſtrua͞t cogitentqꝫ contra chriſtianos ſed vt illis obtemperent: guarionexii
obſequantur: ſeruiant: niſi ſe in maiores in dies calamitates trudi cupiant. Oratio⸗ oratio.
ne habita penſilē illu͞ humeris capta͞t pēſilēqꝫ vſqꝫ ad ſue regie pagu͞ humeris por
tant. ita per aliquot dies prouīcia paccata eſt. Soliciti tamē ⁊ triſtes nr̄i in exteris re
gionibꝰ deſerti ꝙ q̄ntus decimus ia͞ mēſis a prefecti digreſſu ageret̄: qr cuncta q̄bꝰ
indui veſciqꝫ ſolebāt deficerēt: demiſſo vultu incedeba͞t. Antelatus eos: q͞ȝ meliꝰ po
terat inani ſpe depaſcendo ſolabat̄. dum hec agerent̄: Beechiuſanacauchea (ſic. n.
xarague occidētal' ꝓuīcie qua͞ ſupra memorauimꝰ rex vocabat̄) ad antelatu͞ nunci
os mittit ꝗ bo͞bicē ceteraqꝫ vectigalia ꝗ ſibi ſuiſqꝫ accolis imperauerat pata eſſe ſi⸗
gnificarēt. Ad iter ſe accigit antelatus: pgit: applicat: honorifice a rege recipit̄ et eiꝰ
ſorore ꝗ quonda͞ caunaboe regis cibaui vxor non minoris erat in fraterni regni gu⸗
bernatione momēti ⁊ conſilij q͞ȝ frater. Aiunt. n. ea͞ eſſe vrbana͞ faceta͞ ac prudentiſſi
ma͞ fr̄iqꝫ vt xp̄ianis aſſentet̄: blandiat̄ obtēperet (exēplo mariti eius edoctus) perſu
aſerat. Duos ⁊ triginta ibi regulos in bechij aunachauchoe regia co͞gregatos cuz
tributis expecta͞tes repit: ꝗ oēs p̄ter impata vectigalia ad beniuolētia͞ cu͞ nr̄is capta͞
da͞ munera tulerunt ingētia. Ex vtroqꝫ pane radicali ſcilicet ac paniceo. Utias ideſt
cuniculos inſulares inumeros piſceſqꝫ: ſed (ne putreſcerent aut corru͞porētur) aſſos
tulerūt ⁊ ꝺ ſerpētibꝰ quos iter eoru͞ edulia p̄cipatu͞ obtinere crocodiliſqꝫ ſimilimos
eē ſupra deſcripſimus. Iua͞nas ſerpētes voca͞t. Has in iſula naſci ſero didicerūt ne
cꝫ ex eis nr̄i ob feditatē ꝗ horrorē quēda͞ no͞ modo nauſea͞ inducere videbāt̄ guſtare
hactenꝰ auſi fuerant. premordere paulatī antelatus iua͞na͞ regis ſororis pellectus fa
cetijs ſed vbi demulcere carniu͞ earu͞ ſapor palatu͞ ⁊ guttur cepit plenis deinde fau⸗
cibus eas expetere videbat̄. Non mordicus deinde neqꝫ vix vncto labello illas de⸗
libaba͞t. Sꝫ ganeones oēs effecti: de re nulla ia͞ preterq͞ȝ de ſerpētiu͞ ſuauitate ſermo⸗
cinaba͞t. Lautioreſqꝫ eē dapes illaꝝ q͞ȝ aut pauonis aut phaſiani vel perdicis apo͞
nos. Sꝫ ſi aliter q͞ȝ vno co͞dia͞tur modo vti pauones ⁊ phaſiani niſi lardo iuoluti ve
rubus aſſentur ſaporē p̄du͞t. Euiſceratas a iugulo vſq͞ȝ ad vteꝝ et iguina lotaſqꝫ ac
deterſas diligēter ⁊ in giru͞ poſtea in modu͞ a͞guis dormiētis in ſe recepti inſinuatas
in ollam ſui tantum capacem pauliſper aque cum pipere inſulari ſuper iniecto com
primunt. tenuiter igne ex quodam ligno odorato minime fumoſo ſuppoſito. Ex ab
domine ſic ſtillato ius efficitur (vt aiunt) nectareu͞. Nullu͞qꝫ eſſe epulaꝝ genꝰ ouis
ipaꝝ ſerpētiu͞ par feru͞t. que p ſe ⁊ leuius coquunt̄. Sic cocte ⁊ recētes ſuauiſſime ⁊
ſeruate per aliquot dies iucundiſſime ſunt. De edulijs ſatis. ad alia veniamus.
¶ Quom vectigali bombice inſularem quandam caſam antelatus impleuiſſet: pa
nis ſui quantuncumq͞ȝ vellet ſe libenter ipartituros reguli pollicent̄. Is oblata eoꝝ
acceptas gr̄as agit. Interea igitur du͞ per prouincias panis conficeret̄: ad regiaqꝫ

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Beuchijanauchauchee xaraguẽſis regis portaretur volantes ad hiſabellã nũcios
deſtinat: qui adduci (procul habita omni mora) peractam carauellam de duabus:
quas inceptas iam diu fuiſſe ſupra memorauimus: ſuo nomine imperent. Pane nã
qꝫ ſe onuſtam ad eos illam remiſurum renunciauit. Leti naute nauim ad xaraguen
ſe littus (inſulam circueuntes) plenis velis tendunt. Beuchijanachauchee regis ſo
ror illa faceta prudens ⁊ magni ingenij mulier vxor quondam caunaboe (de qua ſu
pra memorauimus) vbi nauim noſtram ad patrium littus ſuum applicuiſſe cogno
uit fratri perſuadet vt ambo cũ antelato ad illam videndam proficiſcantur. Antela
to diu renuente ⁊ ne laborem illum ſummant perſuadẽte: pergunt tamen: ſex tantuꝫ
paſſuum millia littus a regia diſtabat. Itinere autem medio in vico quod eſt ipſius
regie ſororis gazophilatium ꝑnoctatum eſt. Illius vero theſauri: non aurum: non
argentum: non gẽme. Sed vtenſilia tantũ: res qꝫ ad humanum vſum attinentia: vt
puta ſedilia: parapſides: lãces: pelues: patelle: ex ligno nigerrimo: lubrico: lucido: qđ
hebanum eximius artium ⁊ medicine doctor tuus. Io. Baptiſta eliſius eſſe conten-
dit: confecte ⁊ arte mira laborate. In his enim in pleriſqꝫ inſulis quicquid eſt in
colis ingenij a natura tributum: exercẽt. Sed hec illi femine in inſula ſua guanabba
quam in faucibus occidentalibus hiſpane inſule (ſi pictã videris) iacere conſpicies
fabrefiunt: in eis lemurum (quos noctu videre ſe predicãt) ſerpentum: hominum ⁊
aliarum rerum quaſcumqꝫ ſemel intuentur viuos vultus celant. Quid facturos il-
los illuſtriſſime princeps putares ſi ferrũ ⁊ calybem aſſequerentur: illa enim omnia
(igni prius interius mollefacta) lapillis poſtmodum fluuialibus quibuſdam cauãt
⁊ diducunt: de ſedibus antelato quattuordecim: de vtenſilibus autem menſarijs et
coqnarijs fictilibꝰ ſexagita dono dedit. Quattuor ꝓterea neti bõbicis globos pon
que dona. deris immẽſi tribuit. Ad littus igiť poſtero die quom applicuiſſent: vbi pagꝰ erat
alter regius: ſeruitoriam iuſſit antelatus cimbam inſtructam aduehi. Rex autẽ ca-
noas ſuo more depictas duas: vnam qua ipſe cum familiaribus ſuis: alteram qua
ſoror ⁊ ancille eius veherentur apparat. Sed in ſeruitoriam cimbam voluit mulier
cum antelato proficiſci. Quom ad nauim iam appropinquarent: ex compoſito ignẽ
tormentis ſuffigunt. mare tonitruis: aera puluereo fumo implentur: tremunt: terren
tur: mundi machinam laborare ea concuſſione arbitrati ſunt: verꝫ eni: vbi antelatuꝫ
ridere: in faciẽ eorũ verſum vident: ſedant aĩos quom aũt proprius accederẽt fiſtu-
le: tibie: tĩpanaqꝫ inſtructis choreis pulſanť. Illi (ſonitꝰ dulcore allecti) ſtupẽt: admi
rantur. Ingreſſi naui vbi prorã: puppi: caſtella: tabulata: carinã: cubicula diligẽter
ꝑcurrerũt: frater in ſororẽ: ſoror in fratrẽ oculos vertẽtes obmuteſcebant. Neqꝫ q̃d
ꝓ nimia admiratiõe inuicẽ loq̃rentur inueniebãt. Dũ his intenti ꝑ naui vagarentur
eleuari anchoras ex tẽporeqꝫ vela ex antenis deuolui ⁊ protẽdi in altũqꝫ dirigi iubet.
Tum vero quom ſine remis: ſine hominũ robore: molem ita grãdem adeo celeriter
equor volitare conſpicerent (flabat. n. e terra optatus ad id ventꝰ) ſed tũc multo ma
gis quoꝫ eodẽ vento duce: ire modo: modo redire: modo in dextrã: modo in leuã vti
libebat vertere naui cernerẽt: admirabanť. His ita pactis (naui iſulari pane radica
li ceteriſqꝫ mũeribꝰ repleta nr̃is ẽt mũeribꝰ donatis) nõ modo beechiũ anacauchẽã
regẽ ſororẽqꝫ eiꝰ ſꝫ miniſtros ancillaſqꝫ vtriuſqꝫ alacres ſtuporeqꝫ plenos dimiſit.
Ipẽ vero terreſtre iter agreſſꝰ cũ militibꝰ ad hiſabellã ꝯceſſit. ibi roldanũ q̃ndã xime
nũ facinoroſum quẽ foſſoꝝ ⁊ calonũ ductorẽ ex famľo ſuo: deĩde iuſticie ꝑſidẽ ꝑfectꝰ
duo ſpecta cula. erexerat: malo viuere in antelatũ aĩo ſignificatũ eſt. Comperit inſuꝑ guarionexiũ
Regem huius roldani et aliorum relictorũ inſolentias et rapinas pati vlteriꝰ nequi
ſſe: cum familiaribuſqꝫ ſuis et accolis pluribus deſperato animo ad montes quoſdã
qui ab hyſabella decẽ tantũ lequas occidentem verſus in littore ſeptentrionali diſ-
tant: ſeceſſiſſe. Montes montiũqꝫ incolas vno nomine ciguaios vocant. Regẽ re-
gulorum monticolarum principẽ maiobaunexium appellãt. eius regia capronus di
citur. Montes aſꝑi: alti: inacceſſi: in arcum a natura diſpoſiti ad mare cornua po-
rrigunt. Inter vtrunqꝫ mõtis eius cornu pulcra planicies: per quam in mare plu-
ra flumina a montibus iꝑis delabũtur. Gens fera: bellicoſa: que a canibalibus ori- maiobaunexia gẽs bellicoſa.
ginẽ traxiſſe creditur. Quom enim e mõtibus ad planiciem bellum finitimis illaturi
deſcẽdũt: ſi quos perimãt comedũt. Guarionexius igiť ad hũc regẽ monticolaꝫ cõ-
fugiẽs dona illi regia multa ſuo more q̃bꝰ mõticole carẽt iꝑtitꝰ eſt: retulitqꝫ ſeſe ne
farie: fede: violẽter a noſtris tractatũ nec humilitatẽ nec ſuperbiaꝫ quicq̃ꝫ ſibi apud more canibaliũ comedũt hõies.
noſtros ꝓfuiſſe cõqueritur. Propterea ſe ſuppliceꝫ ad eum venire vt illum tutetur:
defendat ab iniurijs facinoroſorũ hominum precatur. Mariobaunexius aũt om-
nem illi opem: tutelam: preſidium contra chriſtianos pollicetur. Ad conceptionem
igitur antelatꝰ proficiſciť. Roldanum ximenum qui in inſulariuꝫ pagis ad miliare
duodecimuꝫ cum his qui eum ſequebãtur hoſpitabatur accerſiri facit: quid ſibi vel
lent hi motus interrogat. Ille perfricata fronte reſpondet prefectum fratrem tuum
interiſſe regibuſqꝫ noſtris parue cure res nr̃as eſſe videmus. fame dum te ſequimur
perimus. Cogimur infelicem victum ꝑ inſulam queritare. Preterea me vna tecũ
inſule gubernatorem prefectus reliquit. quare mens nobis eſt nolle vlterius tuo im
perio parere. Hec et alia roldanus. Antelatus auteꝫ manũ in euꝫ inijcere cupiẽs ne
quiuit. euaſit. n. ſecutiqꝫ illum ſunt ſeptuagita homines q̃bus cõmitatus ad occiden oratio roldani.
tem in xaraguam regionẽ ſe cõtulit ibiqꝫ (vti prefectus nunc et frater eius teſtãtur)
ſolutis habenis ſtruprari: predari: trucidare ceperunt. Interea dũ hec fierent in in-
ſula: a regibus tandem nauigia prefecto obſignanť octo: de quibus primum duo ex
gadibus herculeis recta cuꝫ alimentis mittit ad antelatum frẽm. Hec duo nauigia roldani defectio.
ad eam inſule partem occidentalem in qua Roldanus ximeneꝫ cũ conſortibus age-
bat: caſu primũ appulerunt. Seducit illos roldanus pro ligone puellarũ papillas
tractãdas: pro labore: voluptatem: pro fame: afluentiam: pro laſſitudine ⁊ vigilijs:
quietem promittens. Guarionexius interea comparata manu amicoꝝ ad plana ſe-
pe numero deſcẽdens inſulares nr̃orũ amicos chriſtianoſqꝫ quoſcunque aſſequeba
tur trucidabat: agros hoſtiliter vaſtabat: ſementes diripiebat: pagos depopulaba
tur. Roldanus comiteſqꝫ quãuis prefectum propediem venturum ſenſiſſent: quã- Guarionexiꝰ iaurſitas
doquidem nouos homines cum duobus nauigijs premiſſis vectos ſubornauerãt:
minime perterrebanť. Dum inter hos fluctus miſer antelatus frẽm indies expectãs
verſaretur: prefectus fr̃ ex hiſpanis littoribus cum reliquis nauigijs diſcedit. Sed
nõ itinere recto ad hiſpaniolam: vertit enim ſe ad meridiem. Qua nauigatione quid
ſit operatuſ quas maris ac terrarum oras peragrauerit: quid nouos tractꝰ detegẽs
inuenerit prius enarremus. Harũ enim ſeditionum et tumultuum euentũ in ſequen
tis libri calce late referemus. vale.

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

# ¶. P. Martyris angli medioł. proto. Regij occeanee decadis liber ſextus ad cardinalez ludouicum aragonium noſtri regis nepotē.

Ex oppido Barrameda bethis hoſtio a gadibus paruz diſtāti cum o
cto nauibus onuſtis tertio. kł. iunij anni octaui ⁊ nonageſſimi colonus
dat vela. Aſſuetūqꝫ iter ſuum ꝑ fortnnatas (ob pyratas quoſdā ga
*Inſula madera.* los q̇ vt illū adorirentur in itinere recto operiebātur) detorſit. Ad for
tunatas ituris ad miliare vigeſimū et ſeptingēteſſimum leuorſum ma
dera occurrit inſula: q̄ auſtralior hiſpali eſt q̄ttuor gradibus. Eleuatur. n. hiſpali po
*hiſpali eleuaẗ polus gradus ſex ⁊ triginta.* lus arcticus gradꝰ. xxx. vj. huic aūt inſule (vti naute referūt). xxx ij. maderā igitur ꝑ
fectus primū ad nauigauit. inde miſſis ad hiſpaniolam itinere recto nauibꝰ reliquis
(quō priꝰ duas miſiſſet) alimēta vehētibus cū vna naui caueata et duabus merca
torijs carauellis (de quibus alias) auſtralis plage iter aggreſſꝰ eſt lineam petiturus
equinoctialez: deīde vt eius occidētem ſequens locoꝝ q̄ reperiret naturam (hiſpani
*mūdātur leproſi.* ola ad ſeptentrionē dextrorſum relicta) veſtigaret. Jacēt ī eo diſcurſu medie caſſiteri
des portugalēſiuz inſule terdecim ꝑter vnam in habitate q̄ caput viride appelātur.
he ſunt iteriori ethiopie e regione ad occidētē duorū tantū dieꝝ nauigatione vicine.
Ex his vocant portugalēſes vnā bonauiſtam: cuius teſtudinibus multi quotannis
*intra furentem zonam laborauit.* leproſi ſua elephātia mūdanẗ. Inde igitur quō eſſet ibi aer cōtagioſus ſubito diſce
dēs ad aphricū q̇ medius eſt inter auſtrum et fauoniū millia paſſuuz. cccc. lxxx. naui
gauit. ibi malachijs et ardoribus (nā erat is iuniꝰ mēſis) adeo vt ait / oꝑſſus fuit ꝙ
ſere nauigia illi: incēderētur. cadoꝝ circuli crepebant et rūpebanẗ aqua diſꝑgebaẗ.
homines eos eſtꝰ ſufferre nequibāt. eleuabaẗ. n. eis vt ipē rectulit ab orizonte polus
gradus quīqꝫ tantū. Octo dierū quibus ea perpeſſus eſt primus fuit ſerenus. Re
liqui nubili ac pluuioſi. nec eo minꝰ feruidi. q̄re ſepiꝰ adiſſe nō mediocriter penituit.
Actis in eo diſcrimine et anguſtia his octo diebus vulturnus illis flatu ſecundo ex
oritur: quem ventum ſecutus recta ad occidentem eius paralelli aliam ſtellarum fa
ciem aliamqꝫ aeris gratiam ait prefectus ſe reperiſſe. Nam in tercium inde diem tē
periem ſe ameniſſiman ſenſiſſe inquiunt omnes. Aſſeuerat enim prefectus ſe a mala
*alia ſidera a noſtris.* chijs et torroribus ſemper aſcendiſſe per maris dorſum: veluti per altum mōtem ce
lum verſus aſcenditur: nec tamen ad huc in omni proſpectu terram vllam viderat.
*aſcēditur in mari.* E cauea tandem grandioriſ nauis pridie calendas iulij nauta quidā ſpeculator tres
montes altiſſimos (ſublatis pre leticia ad celum vocibꝰ) ſe cōſpicere ꝓclamat ne frā
gantur animo hortatur (meſti. n. erant) tū aduſti ſolis ardoribꝰ: tū qm̄ aqua illis de
ficiebat quom cadi q̇ pre nimio calore cōcrepuerāt aquaz per ſciſuras euomuiſſent.
Leti ergo accedūt. attamē vbi primū ad terram acceſſerūt eo ꝙ ibi eſſet mare vado
ſum (quamuis portum alōge viderint alias ſatis conmodū) non potuerūt terrā ca
pere. Habitatā eſſe regionē et bene cultā perpēderūt: e nauibus nanqꝫ cultiſſimos
hortos et amena viridaria vidēt: ex quoꝝ herbis et arboribꝰ matutini rores ad eos
ſuaues efflabāt odores. Ad vigeſſimū ide lapidē in portū incidit recipiēdis nauibꝰ
ſatis aptum. Sed nullus in eum amniſ decurrebat. Procedens igitur reperit tandē
portū repandis nauibus aptuz et aqua et lignis ſummēdis accōmodatū harenalis
pūtāt hanc trāz vocat. Vicina portui habitacula nulla repere ſꝫ innumera quorū
dam animalium veſtigia veluti caprina aduerterūt de quorū genere vnum videre
mortuum (vt aiūt) quaſi capree ſimile. Altero die canoam a longe ab euro venien
tem proſpiciunt qua. xxiiij. homines vehebantur. Juuenes omnes ellegantes ⁊ pro
cere ſtature. Scutis preter arcus ⁊ ſagittas (vltra morem aliorum) armati: capillis *ſcutatos reperiunt*
ob longis planis ⁊ quaſi more hiſpano ſciſis in fronte. Pudibunda vitta bombici
na varijs coloribꝰ in texta tegebant. ceteruz nudi. Tunc vero terram illam reliquis
eius paralelli regionibus celo proximiorem eſſe ⁊ a craſſis conuallium ac paludum
vaporibus remotiorem credidit: quanto altorum montium a profundis vallibꝰ ſu
prema culmina recedunt: Quoniam ſe ab Ethiopie paralellis nunq̄ꝫ exiſſe in tota
ea nauigatione ⁊ malachijs pertinaciter prefectꝰ affirmat: tantaqꝫ ſit in vtriuſqꝫ te
rre accolis continētis. ſ. ethiopie ⁊ inſularum nature varietas (ethiopes enim nigri:
criſpi: lanati: non autē capillati: hi vero albi capillis oblongis protētis flauis). Un
de diſcrimen hoc tantum oriri poſſit alias non video. Juuenes vt aliceret: prefectꝰ
ſpecula: vaſa enea: terſa: lucida: tintinabula aliaqꝫ eiuſcemodi ignota illis: oſtēdi iuſ
ſit. Jlli autem quo magis vocabantur tanto magis fraudem in eſſe ⁊ ſtrui timentes
retrocedebant cū ſumma tamen admiratione nr̄os ⁊ eorū res ac nauigia fixis oculis
intuentes: at remis ſemper inniti. Uidens prefectus muneribus illos adduci nō poſ
ſe iuſſit e cauea grandioris nauis timpana tibiaſqꝫ pulſari: Cantariqꝫ inferius ac
inſtrui coreas: cantus ⁊ inſoliti ſonitus dulcedine illos poſſe vinci exiſtimans. Juue
nes autē ad ceteramen canere nr̄os e caueis arbitrati citius ictu oculi relictis remis ſa
gittas arcubus: ſcuta brachijs aptarunt cuſpidibuſqꝫ in nr̄os directis q̇d ſibi vellēt
hi ſonitus parati operiebantur. Noſtri e conuerſo balliſtis armatis ad illos paula
tim mouent. Jlli vero a naui pretoria diſcedentes dexteritate remorū freti vnam ex
mioribꝰ adeūt adeoqꝫ illi applicuerūt vt nauis gubernatori ſagulū cuidaz ꝑmario
pileūqꝫ alteri e pupi porrigere licuerit. ꝑ ſigna vt eiꝰ nauis gubernator ī littus deſcē
dat ibi inuicē collocuturi vt aptius poterūt data fide cōuueniūt. Sꝫ quo zipꝫ nauis
gubernatorē ad pretoriā naui veniā colloquij peticum accedere cōſpexerūt: īſidias
veriti ſtati ī canoā ꝓſiliūt auraqꝫ velocius ad vollarūt. Nō lōgo ab ea īſula ſpatio *au fugiunt ſuſpectt.*
ſemꝑ ad occidentē prefectus ſe fluxū aque rabidū ab oriente in occidentē atqꝫ adeo
impetuoſum reperiſſe ait vt nihilo torrenti vaſto ex altis montibus decidenti (quom
arbores ſecum ⁊ ingentia ſaxa rotādo trahit) cederet. Jbi ſe: ex quo nauigare a tene *torrens marinus.*
ris cepit: nuſquam tantum formidaſſe fatetur. vlterius aliquantulum ꝑ id diſcrimē
procedens fauces r epit q̄ſdam octo miliarum veluti alicuius maximi portus introi
tū ad quas aquaꝝ ille defluxus accedebat. Ex faucibus autē non minor īpetus aq̄ꝝ
dulciū veniētibꝰ ſalſis occurrēs egredi conabaẗ ita q̇ ibi eſſet inter vtraſqꝫ vndas
nō leue certamē. ſinū ipſuz ingreſſus tandē: potabiles ac ſuaues aq̄s eſſe cognoſcit:
atqꝫ aliud maius ipſe prefectus ⁊ reliqui nauigationis eius comites fide digni mihi
diligentius oīa percunctāti retulerunt: ſe videlicet lequas ſex et viginti hoc eſt milia
paſſuū quattuor ſupra centum per ſemꝑ dulces aquas ad nauigaſſe quantoqꝫ vlte
rius (ad occidētē precipue) procederet: tāto aſſeuerat dulciores: occurrit deīde mōti al
tiſſimo quē circopithecoꝝ ab ea parte orietali multitudo tm̄ īcolebat. id latꝰ aſperū
propterea hoībus in habitatum apud littus tamē in terram exploratuz miſſi cultos
pleroſqꝫ ſatoſqꝫ agros reperiſſe retulerunt: gentē aūt aut caſas nullas. Jd illi (q̇d
nr̄is nos accidere ſepe nūero) cōiectati ſūt: nā ruricole nr̄i ſepiꝰ etiā a villis aut ſtatio
nibus q̄s incolūt ſeminatū lōgiꝰ ꝓficiſcunẗ. Jn montis eius occidētali latere latam
agnoſcūt iacere planitiē. hāc leti adeūt. Jaciūt anchoras in lato flumie. Quoꝫ ꝑmū
indigie gētē ad eorū littora nouā apulliſſe cognoſcūt: certati viſendi ſtudio ſine vllo

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

metu ad nr̃os feſtinant: a quibꝰ per ſigna pariã vocari patriã illã q̃ maxima eſſet ⁊
quãto vlterius ad occidẽtẽ tanto populoſiorẽ collegerũt. Quattuor igitur hoĩbus
ex eius terre incolis in nauẽ ſuã ſumptis occidẽtale latꝰ proſequitur. Ex aeris tẽpie
ex amenitate terre: ex populorũ ãplitudine qbꝰ indies magis ac magis iter nauigã-
dũ occurrebãt ꝙ regio illa magni aliq̃d portẽdere polliceret̃ oẽs recẽſent: neqꝫ illos
ſua fefellit opinio vti ſuo loco videbimus. Sole nõdũ exorto aſſurgere tñ iã volen-
te quodã die locoꝝ ſuauitate allecti (ſentiebãt. n. ex terre viretis gratiſſimos odores
quibus nr̃oꝝ animi recreabant̃ afflari) terrã captãt. Ibi numeroſiorẽ q̃ȝ alibi vſq̃ȝ
incolarũ multitudinẽ eſſe ꝑpẽderũt. Statiqꝫ nr̄is ꝓpius accedẽtibus eius ꝓuintie
cacichi nomine nuncij ad prefectum mittunt̃ ſe ſuaqꝫ omnia hilari fronte per ſigna
⁊ nutus offerẽtes: a prefecto vt in terrã deſcẽdere nec quicq̃ȝ vereret̃ petũt. Renuẽte
prefecto ecce viſendi ſtudio cũ eorũ cibis innumeri ad naues cõfluunt. Colla lacer
toſqꝫ maiori ex ꝑte auro ⁊ vnionibus indicis torquati: armillatiqꝫ. atqꝫ id adeo po
pulariter geſtabãt vt ex vitro nõ maiora ſibi calculoꝝ ſerta femĩe nr̃ates ferãt. Ubi
nã illa q̃ gerebãt legerẽtur iterrogati ꝓpꝰ litꝰ digito moſtrabant. manuũqꝫ ac la
bioꝝ torſione ⁊ motu vniones apđ ſe nõ magnifieri ſignificare videbant̃. Immo ⁊
caniſtris manu captis poſſe ibi (ſi apud eos verſari vellẽt caniſtratĩ colligi: inſinua-
re videbãtur. Sꝫ qm̃ frumenta q̃ vehebat ad hiſpaniolã fere iã ſalo corrũperentur
differre id comertiũ in accomodatius (vti aiebat) tempus ſtatuit. Duas tñ ex ſerui
torijs cimbis ad trãm hoĩbus onuſtas miſit: qui de vnionibus aliq̃ ſerta ꝑ rerum
nr̃arũ ꝑmutationẽ referrẽt ⁊ de locorũ ac hoĩuꝫ natura quecũqꝫ poſſent ſcrutarent̃.
Illi nr̃os adentes hilares ⁊ animo leto ſuſcipiunt: mirus ad nr̃os tanq̃ȝ ad portẽtũ
aliquod erat numerus confluẽtiũ. Duoqꝫ viri graues nr̄is primũ obuij quos reliq̃
turba ſequebat̃ prodeũt. Grãdeuus alter. Alter iunior: patrẽ ⁊ filiũ ſucceſſuruꝫ au
tumant fuiſſe. Salutationibus vtrinqꝫ ꝑactis in domũ quãdã ſphericam cui ma-
gna platea adiacet nr̃os adducũt. Ex ligno nigerrimo arte mira laborato ſedilia fe
runt̃ multa. Poſtq̃ȝ nr̄i ⁊ eorũ primates aſſederũt ecce veniũt miniſtri dapibus alij:
alij vino onuſti: ſed eorũ cibi fructus tm̃: varij tñ generis nr̄is penitus ignoti: vina
vero tam alba quã rubentia non ex vuis (neqꝫ. n. vites habent) ſꝫ ex diuerſis fructi
bus cõpreſa nõ iucũda tñ. Sũptis apđ ſeniorẽ cibis. Iunior illos ducit in taberna — non ex vuis vina.
culũ ſuũ. Uiri femineqꝫ aſtabãt plures ſed vbiqꝫ viri ſemꝑ a feminis ſeparati: vtri
uſq̃ȝ ſexus indigene albi veluti nr̃ates: ꝑter eos q̃ ſub ſole verſant̃. mites: hoſpitales
pudẽda bõbicino velamine varijs coloribꝰ interto contegũt. ceteꝝ nudi. nemo ade-
rat q̃ nõ eẽt vnionibꝰ ⁊ auro aut torq̃tꝰ aut armillatꝰ: multi vtrũqꝫ. Sed vti vitreos — pudẽda cõtegunt.
nr̄i rurales calculos ferũt. Interrogati vbi nã aurũ illđ qđ geſtabãt gigneret̃ digi-
to ſignabãt e regiõe in quibuſdã mõtibus ſed nr̄is (tanq̃ȝ minitãtes) acceſuꝫ diſſua
dere videbant̃. comedi. n. illic hoĩes geſtu mãibuſqꝫ ĩnuebãt: ſꝫ an a canibalibꝰ dice
rẽt an aferis ſilueſtribus nõ bene ꝑceperũt ꝙ nr̃os ĩtelligere a nr̄iſqꝫ ĩtelligi neq̃rẽt
ingẽti moleſtia afficiebant̃. His q̃ miſſi fuerãt hora tertia poſt meridiẽ cũ q̃buſdaꝫ
vnionũ ſertis ad naues redeũtibꝰ ãchoras eleuãt: neq̃ȝ ꝓpter frumẽta (vti ip̃e ait)
q̃ vehebat diutiꝰ moratꝰ ẽ. aĩo tñ cõpoſitis rebꝰ hiſpaniole ĩtra paucos dies redeũ
di: ſꝫ tãti ꝑmiũ iuẽti (vti alias referemꝰ) ſurripuit alter. Inſtitit ⁊ eiꝰ pelagi altitudo
modica: aq̃ꝝ ve curſus ꝑcipites q̃ aſſiduis cõflictibꝰ grãdiorẽ nauẽ quõ vis vẽtoꝝ
aliq̃ ſurgebat cõq̃ſſabãt ad euitãda vadoꝝ diſcrimina leuiorẽ ex carauelis q̃ breui fũ
do cõtẽta erat tãq̃ȝ exploratricẽ ꝑlũbatis fũdi altitudinẽ tẽtãtẽ ſemꝑ ꝑmittebat. ſeq̃
bant̃ alie. Quoꝫ aũt lõgũ ita maris tractũ ꝑcurriſſet putãs aſſidue inſulam eẽ dubi

tanſqꝫ poſſe per occidentẽ ſe ad ſemptentrioneꝫ vt ad hiſpaniolã iter caperet: exolue
re: i fluuiũ incidit profunditatis triginta cubitoruꝫ: latitudinis vero in audite ait eñ
xviij. ⁊ viginti lequaꝝ. Paulo autem vlterius ad occidenteꝫ tñ ſemꝑ: ſed meridiona
lius aliquantiſper (quoꝫ ita littorũ ſe flectentiũ ratio exigeret) mare herbidũ (q̃ȝuis
in defluẽtis amnis ſimilitudinẽ aqua decurreret) ingreſſus eſt ſuꝑ natãs herbarũ ſe
men lentiſci ſemẽ (vt aiũt) emulabatur q̃re herbarũ denſitas ne bene fluerẽt nauigia
impediebãt. Ibi ꝑfectus refert diẽ eſſe nullũ toto ãno multo longiorem aut breuiorẽ
altero. Arcticum polum in ea regione quinqꝫ tantum gradus ſicuti parie diſputat — quĩtus gradꝰ polaris
eleuari in cuius tractu hec omnia littora iacent. De poli etiam varietate q̃dam refert
q̃ qm̃ contra oĩuꝫ aſtronomoꝝ ſententiam pro lata mihi videntur ſicco ꝑtigã pede.
¶ Compertũ eſt illuſtriſſime princeps polareꝫ illã ſtellã quam naute nr̄i tramõta
nam vocãt non eſſe artici poli puntũ ſuꝑ quo celoruꝫ axis vertatur quod facile dig-
noſcitur ſi ſtellis primũ appꝫentibus per anguſtũ aliquod foramen ſtellã ipſam cõſ-
pexeris eãdemqꝫ ſi vltima vigilia aurora illas fugante per idẽ foramen conſpicies
locũ mutaſſe cõpies: ſꝫ quomodo fieri poſſet vt primo noctis crepuſculo ĩ ea regiõe
q̃nqꝫ tm̃ gradus tꝑe iunij eleuetur. ſtellis aũt diſcedẽtibus ob venientes ſolares ra-
dios ſunpto eodẽ q̃drante q̃ndeci: nõ intelligo: nec rationes quas ipſe adducit mihi
plane nec vlla ex parte ſatiſfaciunt. Inquit. n. ſe orbẽ terraꝝ nõ eſſe ſphericũ cõiecta
ſe. Sed in ſui rotunditate tumulũ quẽdam eductũ (quom crearetur) fuiſſe: itaqꝫ non
pile aut pomi (vt alij ſentiunt) ſꝫ piri arbori apenſi formam ſumpſerit. pariamqꝫ eẽ
regionem que ſuꝑ eminentiã illã celo viciniorem poſſideat. Unde in trium illorum
montiũ quos e cauea ſpeculatorẽ nautã a lõge vidiſſe memorauimus culmine: padi
ſum eẽ terreſtrẽ aſſeueranter cõtẽdit: rabiemqꝫ illã aquaꝝ dulcium de ſinu ⁊ faucibꝰ
predictis exire obuiã maris fluxui venienti conantẽ: eſſe aquarũ ex ipſis montiũ cul
minibꝰ in ꝑceps deſcẽdentiũ. De his ſatis quom fabuloſa mihi videat̃. ad hiſtoriã
a q̃ digreſſi ſumus reuertamur. Quom ſe preter optatũ tã vaſto ſinu implicitum cer
neret nec iã reperiendi ad ſeptẽtrionẽ exitũ quo ad hiſpaniolã vertere proras poſſet
ſpem vllã haberet: eadeꝫ qua ꝓfectus fuerat regredit̃. iterqꝫ ſuum ꝑ ſeptentrionem
eius terre ab oriente ad hiſpaniolã capit: hanc qui poſtmodũ (terrã ip̃am accuratiꝰ
vtilitatis cauſa inueſtigarũt) permenſi ſunt: continentem eſſe indicum volunt: non — indicum continẽs.
auteꝫ cubam vti prefectus: neqꝫ enim deſunt qui ſe circuiſſe cumbam audeant dicere
An hec ita ſint an inuidia tanti inuenti occaſiones querant in hunc virum non diiu-
dico tp̃s loq̃tur in quo v̈us iudex iuigilat. Sed qđ paria ſit vl'nõ ſit cõtinẽs ꝑfectꝰ
nõ cõtẽdit. continẽtẽ ip̃e arbitrat̃. pariã aũt eẽ hiſpaniola octigentis octoginta duo
bus millibus paſſuũ auſtraliorẽ prefectꝰ refert. ad hiſpaniolã tandẽ viſendaꝝ gẽtiũ
quas ibi cum fratribus reliquerat. iij. Kl'. ſeptembris octaui ⁊ nonageſimi cupidiſſi
mꝰ applicuit. Sed (vti pleraqꝫ mortaliũ ſolẽt) inter tot ſecũda: dulcia: leta abſinti ſe
men fortuna in medium proiecit zizaniaq̃ȝ omnia eius ſuauia cõmaculauit.

## Occeanee decadis. Liber ſeptimus.

VEniẽs ad inſulã ꝑfectus vltra ſpem omnem perturbata omnia in pre
cepſqꝫ iã labentia cuncta inuenit. Roldanus eñ qui eo abſente a frẽ
diſceſſerat m̃ltitudine (que eũ ſequebat̃) fretꝰ ad prefectũ quõdã dñꝫ
(qui eũ euexerat) non modo nõ venire inſtituit: ſed cõuicijs illum lace
rare ſcribereqꝫ ad reges de vtroqꝫ frẽ nephanda ĩcepit. Prefectꝰ aũt
ad reges nuncios mittit qui de eoꝝ defectione certiores faciat: inſtatqꝫ ſimul vt mili
tares homines ad ſe mittant̃: quibus vires eoꝝ ĩfringere punireqꝫ vnũquenqꝫ ſecũ

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dũ comiſſa ꝗat. Illi de vtroqꝫ fratre grauiter cõqueſti. Iniuſtos: ipſos: hiſpani ſã
guinis hoſtes: ⁊ ꝓfuſores vocabãt: ꝙ leuibus de cauſis torquere: iugulare obtrum
care quoquomodo ꝑimere: delectarẽtur. ambitioſos: ſuꝑbos: īuidos: intolerabiles.
tyrãnos eſſe ꝓclamabãt: propterea ſe ab eis tanꝗ̃ a feris ſanguine gaudẽtibꝰ et re
gum inimicis diſceſſiſſe. perſpexiſſe enim ſe aiebant nil aliud ipſos moliri aut animo
voluere ꝗ̃ de vſurpãdo inſularũ imꝑio: idqꝫ mille cõiecturis perpẽdiſſe argumen-
tabanṫ. Sed precipue quod adire auri fodinas aurum collectuꝫ neminem preter fa
miliares ſuos patiebaṫ. Prefectus aũt e contra quom a regibus auxilia quibus de
bitis illos penis poſſet afficere poſcebat. Homines eos eſſe qui talia in ſe commeta
rẽtur omnes flagitoſos: facinoroſos: lenões: fures: ſtrupatores: raptores: vagos: ꝗ
bꝰ nihil pẽſi: nulla ratio ineſſet: periuros: falſos: cõuictos in ꝑ̃torijs: aut ꝓ cõmiſſis
minas iudicũ timẽtes: ſeſe de medio ſuſtuliſſe. Ibiqꝫ violãdo: rapiendo: ocio: ventri
ſomno: libidinibus deditos nemini parcere et vt foderẽt officioqꝫ calonum fungerẽ
tur adducti fuerant: nunc neqꝫ ſtadium domo egrediuntur pedibus: ab inſularibus
nanqꝫ miſeris penſiles ꝑ totam prouinciam: tanquã ediles currules feruntˀ. Ioci eti
de feritate | am gratia ne manꝰ ab effundendo ſanguine deſueſcat (vt lacertoꝝ vires experianṫ)
roldanẽſiũ. | eductis enſibꝰ inter ſe certant ſuꝑ obtruncandis innocẽtum capitibꝰ vno ictu: et ꝗ
agilius ictu ſuo caput miſeri deijciebat ĩ terrã: ille fortior honoratiorqꝫ iter ipſos cẽſe
alterne ſe a | batur. Illi in prefectum ea: prefectus in eos hec: et alia multa: duꝫ hec ita geruntˀ: vt
cuſabant. | ciguauis populis (ꝺ ꝗbꝰ ſupra) guarionexio duce multa dãna inferẽtibꝰ obuiareṫ:
Antelatũ fratrẽ cũ nonagita tantũ peditibus equitibus vero paucis mittit. Tribꝰ
tamẽ millibus inſulariuꝫ ꝗ a ciguauis alias acriter ſtimulati inimicicias cũ eis capi
tales exercebãt ſequentibus illuꝫ. Quom igitur antelatus ad cuiuſdã magni flumi
nis ripam ꝑ eam planitiẽ: quaꝫ ſupra iter ciguaiorũ montium cornua et mare iacere
memorauimus defluentis exercitũ duxiſſet: exploratores in dumis quibuſdã laten-
tes comꝑit duos: quoꝝ alter in mare ſe ꝑ̃cipitãs ꝑ fluminis fauces trans fluuium ad
ſuos euaſit. Alter aũt captus: in nemore trans fluuiũ expectare dicebat ſex ciguauo
ciguanoruꝫ | ruꝫ armatoꝝ millia: vt nr̃os traſeuntes incautos adorianṫ faſſus eſt de liteſcere. An
inſidie. | telatus igiṫ monitꝰ (quõ iuxta loci et temꝑis exigẽtiam acies ſuas inſtruxiſſet) ꝑ flu-
minis ꝓfluẽtis ripaꝫ vadũ quo traijceret queritãs aſcẽdit. Quõ autem apertiorẽ
latioremqꝫ fluminis alueũ comꝑiſſet: locũqꝫ ob ſparſas ꝑ planiciẽ fluminis aquas
inſiliunt ci- | vadoſum: emiſſis vno ſpũ horrẽdis clamoribus e ſiluis ciguani facto agmine aſpe
guani. | ctu fedo ac form idoloſo ꝓſiliũt: ꝓdeunt. n. omnes veluti maroniani agatirſi picti
oẽs et aſperſi maculis veluti pãthere nigro. n. coccineoqꝫ coloribꝰ quos ex ꝗbuſdaꝫ
picti cigua- | fructibꝰ piro ſilibꝰ ex hortis ad id ſumo ſtudio enutritis legũt: ſeſe a frõte vſqꝫ ad ge
ni. | nua depingunt: crinibꝰ mille modis cõpactis quos nigros lõgoſqꝫ arte (ſi natura
negat) nutriũt. Lemures e tartareis ſpelũcis ꝓſilere videbanṫ. nr̃iſ fluuiũ ſuꝑare
ad nitẽtibꝰ ſagitaꝝ: ac miſſiliũ ſudiũ iactu traſitũ ꝓhibentes obuiaꝫ ꝓdeũt. Tãta
erat teloꝝ multitudo: ꝙ ſolẽ fere illis demeret et niſi ſcutati ĩ ſe ictꝰ recepiſſent male
actũ fuiſſet. Antelatꝰ vulneratis vtrinqꝫ in eo certamine nõ paucis traiecit tãdẽ. fu
giũt hoſtes. inſecunṫ. perimũt. paucos tamẽ (valẽt. n. pedibꝰ maiorẽ ĩ modũ) ad ſil
uas ſeillico recipiũt. ex quibꝰ tuto nr̃os accedẽtes arcubꝰ cõficiebãt: ipſi. n. nudi ꝑ ve
preſ et dumos et arbuſta (vti apꝛ) ſine vllo obijce ſiluis aſſueti ꝓlabũṫ nr̃is aũt ſcuta:
veſtes lõge haſte: locoꝝ imꝑitia itra dumos officiũt ꝗre quõ fruſtra ibi ꝑnoctaſſet:
poſteroqꝫ die neminẽ in ſiluis bullire ſentiret. inſulariũ ꝗ cignauos veteri odio ꝓſeꝗ̃
banṫ cõſilio et ductu ad mõtes ĩ ꝗbus maxobanexiꝰ rex caprorũ vicũ regiã hebat

proficiſciṫ: ad miliareqꝫ duodecimũ in alterius reguli vico ĩcolis omnibus ꝑ̃ metu
vicũ deſerẽtibus caſtrametatus eſt. duos quõ fugerent aſſecunṫ: a quibus eſſe apud
maiobonexiũ decẽ regulos in caprono eius regia cuꝫ octo millibus cignauoꝝ cõgre
gatos cognouerũt. Leuibꝰ incurſionibus ſeſe ĩuicẽ duabus laceſſunt: nec ꝓcedere
antelatus auſus eſt: donec trr̃e naturã diligẽtius exploraret. nocte ſequẽti intẽpẽſta
exploratores mittunṫ ductu ĩſulariũ ꝗ terram nouerãt. Cignaui e mõtibus noſtros
ſenſerũt. Ad pugnam ſe (vti ſolẽt) ſublatis clamoribus accingũt: neqꝫ tamen e ſiluis
egredi audent antelatũ cũ omni exercitu adeſſe exiſtimãtes. Altero die antelato exer
citũ ad eos ducente bis fortunam belli e ſiluis pugnãdo ꝓſilientes tentarunt. Impe
tu maximo ĩ nr̃os ruũt. Vulnerãt pleroſqꝫ: priuſꝗ̃ ſcutis ſe tegere licuerit. Profligãt | bis vno die
illos. inſecũtur. perimũt. capiũt multos: ad ſiluaſ non vlterius egreſſuri reuertuntur. | atrectãt pu
Ex captis vnũ cum altero inſulari ex amicis ad maiobaunexium cum mandatis hu | gnã.
iuſcemodi deſtinat. Nõ vt tibi o maiobaunexi aut accolis tuis bellũ inferret exercitũ
duxit antelatus: amiciciã. n. tuã exoptat: ſed vt guarionexius ꝗ ad te confugit tibiqꝫ
vt arma in maximũ tuoꝝ in cõmodũ ſumeres ꝑſuaſit: cõmiſſoꝝ penas deꝑ̃hẽſꝰ luat
efflagitat. ꝓpterea hortaṫ: monet vt guarionexiũ tradaſ. id ſi feceris te ꝑ̃fectꝰ mariti
mꝰ frĩ eius ĩ amiciciã admittet: et tuorũ regnoꝝ amplitudinẽ integrã ſeruabit: ac tuta | oracio nũ-
biṫ. ſin facere recuſaueris dabitur oꝑa vt te facti peniteat. Regni. n. quicquid tibi eſt | ciorũ.
ferro igniqꝫ vaſtabitur: omnia diripienṫ. Maiobannexiꝰ aũt propoſitione ĩtellecta
illis reſpõdit guarionexiũ virũ bonum eſſe omniqꝫ ꝟtute ꝑ̃ditum neminẽ latet. prop
terea auxilio preſidioqꝫ dignũ illum eſſe iudico. ipſos aũt violẽtos et malos homines
ꝗ aliena tanto oꝑe expetãt: ꝗ ſanguinẽ inocentum ſemper exoptent: nolle ſe cum ſcele
ratis hominibus comercia aut amiciciã inire. His auditis antelatus vicũ vbi caſtra
metabatur alioſꝗ̃ vicinos cõplures cremari iuſſit. Mariobanexioqꝫ ꝓpiquior fa-
ctus iteꝝ nuncios mittit: qui cũ eo agant vt ex familiaribus intimis aliquem mittat
quocũ poſſit de pace tractare: chariſſimũ quendã ex primoribus: duobus alijs illuꝫ
comitãtibus rex deſtinat. Huic antelatus ꝓponit ſuadetqꝫ ac monet ne floridũ eius
regnũ ſeqꝫ tandẽ maiobaunexius diripi pro guarionexio patiatur. Vt tradat illum
hortatur niſi perditum iri ſe ſuaqꝫ omnia ſimul et accolas in predam adduci mallet.
Nũcio redeũte populũ maiobaunexius cõuacat. Que acta ſint preponit. Populus
autem tradi debere guarionexiũ ꝓclamat: deteſtariqꝫ et execrari diem: quo Guario
nexius turbatum eorũ ꝗetem venerat: incipiũt. Maiobaunexius autem guarione-
xiũ virum eſſe bonum et deſe benemeritum ꝙ regia illi dona (quõ ad eum accederet)
multa prebuiſſet: vxorem qꝫ ſuã et ipſum chorizare trepudiareqꝫ docuiſſet (quod nõ
parui faciebat) ſibiqꝫ cure eſſe reſpõdit. Propterea ſe nullo pacto eũ (quandoquidẽ
ad ſe cõfugerat: et ipſe tutãdi fidem dederat) ꝺſerturũ. Malleque ſe extrema oĩa cũ eo
ꝑpeti ꝗ̃ obloquẽdi cauſam (ꝙ hoſpitẽ tradiderit) detractoribꝰ prebere. Ita populo | nou vult re
ſuſpirijs anhelanti dimiſſo: guarionexiuꝫ ad ſe vocat: omnẽ opẽ denuo polliceṫ velle | gẽ ſuplicem
ſe fortunã omnẽ quoad vixerit cuꝫ eo expectare: neqꝫ ad antelatũ quicꝗ̃ referendũ cẽ | deſerere.
ſet: immo et eũ (ꝗ primas ab eo miſſꝰ fuerat) in itinere quo antelati nũcij venire ad ſe
ſoliti erant cũ ingẽti cuſtodia locat: ĩꝑans vt veniẽtes iterimat nec cuiuſꝗ̃ ſermones | denuo pol-
admittat. Mittunṫ ab antelato duo: vnꝰ ex captiuis ciguaiẽſibus: ex amicis inſula | licetur opẽ.
ribus alter: obtrũcanṫ ambo. Sequiṫ illos antelatus cũ decem tantũ peditibꝰ: eq̃ti
bus quattuor: mortuos reꝑit in itinere nũcios. Quare iratus ſeuire acrius ĩ maioba- | ſtratagema
nexiũ cõſtituit. Accedit inſtructo exercitu ad capronum regiam. Fugiunt reguli per
diuerſa. Imperatorez maiobanexium deſerunt. Ad montes aſperos maiobanexius | obtrũcãtur
 | nũcij.

f

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cũ omni familia ꝑfugit: alia vero guarionexium (q̃ tãti mali cauſa fuiſſet) ciguani vt eum pimerẽt q̃ſierunt. Sed pedibus vitã ſeruauit: intra rupeſq̃ deſertoꝝ mõtiũ fere ſolus delituit. Quõ iã lõgo bello vigiliſq̃ ac laborib⁹ et fame antelati milites fatigarent̃ (agebatur.n. iam terci⁹ mẽſis quo inceptũ fuerat) veniam multi et vt redire ad cõceptionẽ liceat vbi plurimi ex eis p̃dia inſulari more habebant cultiſſima petunt. Indulgetur: recedũt multi. Trigita tantum cũ antelato comites pmanẽt. Id trimeſtre bellũ ſatis erũnoſe egerunt: neq̃ enim trimeſtri toto cibos vllos ſunt aſſecuti preter cazabi idest radicalẽ eoꝝ panem: atq̃ ex eo raro ad ſaturitatem: et de vtijs. i. eoꝝ cuniculis ſi quos ipĩ met cũ ſuis canib⁹ venãdo capiebãt: potuſq̃ eorũ ſuaues interdũ: interdũ cenoſe et paluſtres aque. inter has dlicias ſub dio fere ſemp ac in ppetuo motu: ſic.n. belli natura exigebat. Cũ his igit̃ paucis antelatuſ mõtana ſcrutari et latibula q̃ritare (vt ſi qua maiobanexij aut guarionexij veſtigia reperiat) cõſtituit. Forte fortuna: venatores quidã ipĩus quos fames (vbi nã vtias venãdo captare poſſẽt) indagare coegerat: quõ cetera omnia deeſſẽt in duos maiobanexij familiares incidũt (q̃ ad pagos quoſdã ipĩ⁹ miſſi) panẽ ferebãt ab accolis datũ. Hij vbi nã domin⁹ deliteſceret ꝓpalare cogunt̃. Quib⁹ ducibus ciguaio more duodeci ex nr̃is depictis per dolũ maiobanexi⁹ cum vxore et filijs capit̃: ad conceptionemq̃ ad prefectum ducunt̃. Paucos poſt dies guarionexiũ de ſpelũcis exire fames cõpulit: quẽ inſulares p̃fectũ veriti venatorib⁹ q̃buſdã ꝓdiderunt. Prefectus vbi nã verſetur certior fit. Peditũ turmã mittit: q̃ ex inſidijs de plano ad montana redire volẽtẽ adoriantur. Eũt: capiũt: ducũt. Ita illiuſ prouincie cõuicina paccata: ſedata ſunt omnia. Maiobanexij cognata quedã alteri⁹ reguli cui⁹ regnũ intactũ ad huc erat vxor: ĩ hiſ aduerſis cõmitabat̃: quã feminaꝝ omniũ (q̃s natura creauit) formoſiſſimã oẽs predicãt. Hãc quõ vir eius (vt ei⁹ forma merebat̃) arderet iſan⁹ et mẽtis inops vxore capta p deſerta q̃d cõſilij capet ignar⁹: vagabat̃. Ad p̃fectũ tandẽ ſe ſuaq̃ oĩa ditioni eius ſine vllo obijce ſubditurũ (ſi vxorẽ rederet) ꝓmittẽs venit. Vxor reddit̃. et ex accolis p̃marij plures iure iurãdo aſtrigunt̃ ſe ĩ pata facturos: ſpõte ſua regul⁹ hic idẽ accolaꝝ q̃nq̃ millia inermiũ / cũ agricultorijs ĩſtrumẽtis ſolũ ducens accedit. maximãq̃ p̃fecto ſemẽtẽ in cõuallis ei⁹ ãpliſſime fũdis ſua impẽſa cultã reliq̃t: ad ſuaq̃ a p̃fecto donat⁹ let⁹ reuertit̃: hec fama ad ciguaios dlata reguloꝝ aĩos ad mĩe ſpẽ mouit: vltro igit̃ veniũt ſe deinceps impata facturos fidẽ p̃ſtãt. ꝓ rege ſuo et omni familia ſupplicãt vxor et tota dom⁹ ei⁹. reguloꝝ rogatu liberant̃: rex vict⁹ detinetur. Hec in iſula a p̃fecto (q̃d cõtra ſe apud reges aduerſarij molirent̃) iſcio gerebãtur. Quõ reges tot q̃relis vndiq̃ confluctati: et maxime quõ ex tãta auri et aliarũ reꝝ ãplitudine parũ ob eorũ diſcordias et ſeditiones afferretur: gubernatorẽ inſtituũt nouũ: q̃ diligẽter inq̃rat hec omnia: ſonteſq̃ d̃p̃hẽſos corrigat: aut ad ſe mittat. Quid ĩ p̃fectũ et ei⁹ fratrẽ: q̃d ve in illos q̃ eis aduerſati ſũt fuerit perq̃ſitũ: nõ bene pcipio. Hoc vnũ ſcio: capit̃. vterq̃ fr̃ in vicula omnib⁹ bonis ſpolitatus coniect⁹ ducit̃ vti vides illuſtriſſime p̃nceps. Quõ p̃mũ tamẽ reges gades victos applicuiſſe didicerũt vtrũq̃ ſtatĩ p celeres tabellarios ſolui iubẽt: vtq̃ liberi ſe adeãt pmittũt: moleſte ſe tuliſſe eã ipoꝝ iniuriã oſtẽdẽtes. Nou⁹ ille gubernator ad reges p̃fecti dextera exaratas ignotis caracterib⁹ ſcriptas literas miſiſſe dicit̃ q̃bus antelatum fratrẽ abſentẽ armata manu vt ſe (ſi vim gubernator inferre pararet) ab eo tutaretur: venire ꝓpere hortabatur monebatq̃. Propterea quõ antelat⁹ p̃ceſſiſſet armatos: incautos ãbos p̃uſq̃ multitudo cõueniret gubernator ap̃hẽdit. Quid futurũ ſit tẽpus reꝝ omniũ iudex prudẽtiſſimus aperiet. Vale.

trimeſtri erũnoſum.

# Occeanee decadis liber octauus.

TErrarũ orbẽ hactenus latitãtem: a xp̃ophoro colono p̃fecto maritimo nr̃oruz regum auſpitijs repertum: tanquaz aureũ torquẽ et ſi male ob ineptas artificis man⁹ fabrefactum: tuo ſplẽdori illuſtriſſime p̃riceps condonaui. Nunc autẽ gẽmatum accipito monile: quod torqui appẽſum perpẽdiculi vicẽ gerat. Ex ipſius p̃fecti nauiũ gubernatoribus q̃ ventorũ ductus diligẽter annotauerant: pleriq̃ a regib⁹ ĩpetrata venia ſcrutãdi vlterius ꝓprijs ĩpenſis: regib⁹ tamẽ ptem daturi illis cõtingentẽ: q̃ eſt q̃nta: ꝓuintiaz agreſſi ſunt. Sed q̃m ſecũdiore fortuna petrus alfonſus q̃nidã cognomẽto nign⁹ ad meridiẽ nauigauit: ab eo ĩcipiẽdũ merito exiſtimaui. Hic (vt reliquũ iter omittam⁹) vna tantũ naui ſuamet impẽſa ĩſtructa: edicto regio ſumpto ne anchoras deijceret ad lequas q̃nquagita ab vllo loco quẽ p̃fectus tetigerit. Pariã: vbi vnionibus torquatos armillatoſq̃ tam viros quã foeminas p̃fectũ repiſſe ſupra memorauim⁹ ꝓficiſcitur. Procedẽſq̃ iuxta regiũ edictũ lequas q̃nquagita (p idẽ litt⁹ tamẽ) in ꝓuinciã incidit: quã curianã vocari ab incolis ipẽ refert. In qua portũ ſe repiſſe ait gaditano portui ſimilimũ: quẽ ingrediẽs caſas q̃ſdã in littore videt: quas cũ nauigãs adijſſet octo tantũ domorũ pagum repit. Attamẽ ex populoſo quodã alio vico tria tantum miliaria diſtãti: nudi homines quĩquagita duce quodam p̃mario ꝓpere cucurrerũt: petũtq̃ ab alfonſo nigno: vt ad ſuum littus ꝓficiſcat̃. Nign⁹ ipẽ deſcẽdẽs tintinabula: aciculas ſpĩteres: armillas: vitrea calculorũ ſerta: anuloſq̃ ⁊ alias huiuſcemodi inſtitoꝝ merces ſecũ portauerat: q̃bus cũ eis in hore momẽto vnionũ quos collo ⁊ brachijs appẽſos (vti paupes femine noſtrates vitreos calculos) geſtabant: vncias quindecĩ permutat: tũ magis ac magis illi vt ad ſuos nauigarẽt: nignũ amice ãplectentes inſtiterũt: habituros ſe ibi de vnionibus copiam quamcunq̃ optarent innuentes. Altero die aurora ſurgẽte: ad eos mouẽt. Adeũt: anchoras iaciũt: vt ad ſe deſcẽderet omnis popul⁹ cõcurrẽs ſupplex orabat: nign⁹ aũt cũ in numerã eoꝝ eſſe multitudinẽ cerneret: ipſe vero tres ⁊ triginta tantũ homines ſecũ haberet: nõ eſt auſus ſeſe illis credere. Sed pernutus ⁊ ſigna vt cum ſuis linthribus ad ſe (ſi quid vellent) nauigarent: ſignificauit. Eorum linthres vnilignee ſicuti aliorum: ſed rudiores ineptioreſq̃: quam canibalice: aut inſulares hiſpanice: has gallitas vocant. Certati igitur vnionum ſerta noſtrarum mercium cupidiſſimi cuncti ferebant. Uniones appellant tenoras. Ibi ſex ⁊ nonaginta octunciales vnionum libras per rerũ mutationez valoris forte quinq̃ ſolidorum priuſq̃ deſcenderent habuerunt. Poſtea vero q̃ adeo mites: ſimplices: innocentes: ⁊ hoſpitales eſſe. xx. dierum comercio cognouerunt: ad eos deſcendunt. Cũ eiſq̃ intra eorum domos verſari incipiunt. Domus eorum lignee: palmarum folijs tecte. Cibi maiori ex parte conchilium: ex quibus vniones eruunt: quibus habent plena littora: ⁊ ſilueſtribus animalibus veſcũtur. Ceruos: apros: cuniculos vilo ⁊ colore ac magnitudine leporib⁹ ſimiles: palũbes: turtures vulgo tellus illa parit. Anſeres: anateſq̃ in domibus foemine ſicuti noſtrates nutriunt. Pauoneſq̃ per nemora ſed non picti aut verſicolores. Diſcrepat enim a foemina parum maſculus. ⁊ per paludum arbuſta phaſiani paſſim volitabãt. Sũt curianenſes callidi venatores: certiſq̃ ictibus ſagittarũ quodcumq̃ quadrupes ſiue volucrẽ facile interficiũt. Lautos ibi aliquos dies nr̃i ducti tarunt. Pauonem enĩ ferenti quattuor dabantur acicule ſpinteres. Si phaſianum q̃nis ferret: duas prebebãt. Si palũ

curiana.

xv. vncie vnionũ.

libras. xc vj vnionũ.



Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

bem aut turturē: vnam. Si anſerē: totidem. vel vitreū calculum tribuebant. Haud
aialia noſtra tia. aliter inter eos replicamdo arguēdo differendo agebatur in ea permutatione: qꝫ no-
ſtratibus accidit mulieribus: cum ſeſe cū inſtitoribus implicāt. Quō nudi ipſi eſſent:
quid illis acicule prodeſſe poſſent: ſciſcitabātur. Noſtri aūt callido illis reſponſo ſa-
tiſfecerūt. Per ſigna. n. ad ſpinas / q̄ ſepenumero (quom nudis pedibus ambulent)
eorum carnibus figuntur euellendas: denteſqꝫ purgādos eſſe accomodatiſſimas ſig
nificarūt. Tūcillas magnifacere ceperūt: ſed tintinabuli colore ac ſonitu allecti: mag
na tribuebant. Vt tintinabulū aſſequerent. In ſiluis quas ex varijs altiſſimiſqꝫ ar-
boribus denſiſſimas eſſe aiūt: animaliū grandiorum horrendos mugitus ex incola-
rum domibus noctu ſentiebāt. Sed minime noxiorum. Libere. n. incole nudi cū ar-
cubus ⁊ ſagittis per illas venatum continue vagātur. Nec peremptū vnqꝫ ab vlla
fera queꝙꝫ meminerūt. Quotquot ceruos: quotquot apros noſtri illos capere iube
bant: tot ſagittis perēptos ad eos afferebant. bouibus: capris: ouibus carent. Pane
radicali: paniciocꝫ (vti inſulares hiſpanici) vtūtur. Capilloſ habet hec gēs: nigros:
craſſos: ſemicriſpos: longos tamen. Dētes albidos reddunt. Herbam quandaꝫ ad
id aptam toto fere die inter labia ferunt. Quō autem illam eiiciunt: os lauant. Mu-
lieres rebus familiaribus ⁊ agriculture magis intendunt: qꝫ viri. Viri autem venatu
vaſa fictilia magis ac rebus bellicis ⁊ ducendis choreis ⁊ ludis inuigilāt. Hydrias: cantaros: o-
llas: ceteraqꝫ vtenſilia varij generis fictilia habent aliunde comparata. Nundinas
enim inter ſe celebrāt: ad quas vicinus quiſque accola vt peregrinū aliquid aſſequa
tur: de ſue prouintie prouentibus portant. Nullus enim eſt quē parare ſibi noui ali-
quid quo ſua tellus careat: non delectet. Quom hominib⁹ cunctis ſit a natura tribu
tum: vt nouis rebus ſtudeant: ⁊ alliciantur. Auiculas aliaqꝫ animalia multa pulcre
formata: ex auro non puro tamen vnionibus annetebant. Sed ad eos aliūde perper
mutationem feruntur. eſt enim aurum illud veluti germanicum: quo floreni cudun-
tur. Ibi homines cucurbicula quadam in anterioris bracule caligarum noſtrarum
ſimilitudinem ſciſſe mentulam ⁊ genitalia includunt. Funiculo ad lumbos alliga
to cucurbicula ſuſtinetur. Neqꝫ inde niſi aut mictus aut coitus neceſſitas. Adigat:
exoluunt: decetero nudi. Alibi in eo tractu intra vaginam mentularem: illas partes
reducunt: funiculoqꝫ prepucium alligant. Animalia de quibus ſupra mentionem fe
cimus: ⁊ multa alia que in nulla jnſularū reperiuntur: continentem terram eſſe teſtā-
tur. Sed precipua id ita eſſe coniectura arguunt: ꝙ per ei⁹ telluris littora a paria ad
occidentem circiter quattuor milia milliarium ad nauigauerint: neqꝫ vllum finis ſig
num repererint. Curianenſes vnde nam aurum illud aſſequerentur interrogati: ex
quadam prouincia nomine cauchieta q̄ a ſe ad occidentem recto littore ſex ſoles. i. ſex
dietas diſtabat: afferri: in eaſqꝫ formas ab ipſius terre opificibus conflari innuebāt.
Eo tendūt noſtri. Regionem reperiūt. In calēdas nouembris anni milleſſimi quin
genteſſimi anchoras in chauchieto iaciūt littore. Incole aduenīūt intrepidi. ferunt
chauchieta regio habet aurum. de auro: quod natiuum illis erat. Uniones ⁊ iſti colo geſtabāt: ſed ex curiana per au
ri mutationem ad eos ferebātur. Nullus ex eis vnqꝫ voluit quicqꝫ: quod aliūde aſſe
queretur: permutare. Vt puta neqꝫ curianēſes aurū: neqꝫ cauchietenſes vniones.
Auri tamen parum apud cauchietēſes lectum reperere. Cercopithecos tulerūt inde
pulcherrimos: variorūqꝫ colorum pſitacos plures. Mēſe nouembri temperies illic
ſuauiſſima: frigus nullum. Cuſtodes arctici poli non modo totum plauſtrū vtriſqꝫ
prope equinoctiū. populis occidebant: e quatori adeo proximi erant. De gradibus polaribus neſciūt
aliam reddere rationem: bone mentis homines: ⁊ minime ſuſpecti tota fere nocte cūꝫ

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

ſuis cibis: quas gallitas vocant (vti curianenſes) ad noſtros proficiſcebātur. Na
uimqꝫ ſecuri intrabant. vniones iſti vocant corixas. Sunt zelotypi: nā ſi quis illos
pegrin⁹ adierit: mulieres ſemp a tergo locāt: vt ⁊ ipſe noua hec tāqꝫ pdigia inſpec-
tent. Bombix apud cauchietenſes vulgo ⁊ ſuapte natura naſcitur: vt apud nos ar-
buſta ſilueſtria producūtur. Propterea fiunt apud eos femoralia: q̄bus in pleriſqꝫ
regionibus pudenda contegunt. Quom vlterius poſtmodum per idem litt⁹ proce
ſſiſſent: ecce circiter duo millia hominū ſuo more armatorum ad littus ne deſcendāt
prohibituri: occurunt. Qui adeo agreſteſ: adeo efferos ſeſe oſtendunt: vt nullū vnqꝫ
comerciū aut conſuetudinem cum noſtris inire paſſi ſint. Qua venerant igitur nr̄i
ſuis vnionibus contēti reuertuntur. Apud caurianenſeſqꝫ ventres lautis cibis re-
plendo viginti dies alios demorati ſunt. Haud abſurdū alienūqꝫ ab hiſtoria fore
mihi videtur: ſi quod illis acciderit: quom pariē littus venientes iam cernerent: im
miſcuero. In canibalium qui venatum homines proficiſcebātur octo decem canoa
rum claſſeꝫ apud eos draconis ⁊ fauces ſinus parienſis de quo ſupra mentionem fe
cimus inciderunt. canibales noſtris viſis intrepidi nauim noſtram adoriuntur ⁊ cir
cumſepiūt vndiqꝫ ſagittis ⁊ miſſilibus noſtros infeſtantes. Noſtri autem baliſtis durum certamen
⁊ tormētis illos adeo deterruerunt ꝙ in fugam ſtatim verſi ſint. Inſequentes illos
ſeruitoria cimba vnam ex eoꝝ canois aſſecuti vnum tantum canibalem ceteris na-
tando fugiētibus alterūqꝫ hominem vinctum deprehenderunt. Ille quem vinctū
ſeruabant obortis lachrymis manuum oculorum ⁊ capitis geſtibus ſex eius comi-
tes miſere euiſceratos ⁊ in fruſta crudeliter ſecatos: gentē illam nefandam comediſ-
ſe idemtidemqꝫ de ſe ſeq̄nti die futurū ſignificauit. de canibale igitur homini illi po
teſtatē fecere. Ille autem in canibalem fuſtibus: manibus pedibus frendens ſeuire
coepit nec adhuc ſatis vltam ſuorū comitum necem exiſtimabat quom exanimē to-
tumqꝫ fuſtibus ⁊ calcibus commaculatū cerneret. De natura ⁊ morib⁹ canibaliū
quom eo modo p prouincias peregrinas craſſentur interrogatus dixit canibales ex
fuſtibus aggerē ſecum quocumqꝫ eant ferre quos deſcendentes inauibus in terraꝫ
figunt: ſeqꝫ poſitis caſtris intra illos ſepiūt vt tuti poſſint pernoctari. in curiana ca- periti rei bellice canibales.
put canibalis cuiuſdam primarij foribus affixum quod tāqꝫ vexillum aut galeam
ab hoſtibus ereptam pro ſumma laude ſeruatū repererunt. In ea prouīcia ſalinas
eſſe marimas didicerūt. Primatum ibi cadauera ſuper carectis igni (lento tamen)
ſuppoſito diſtendunt: vt paulatim diſtillatis carnibus oſſa pelli recluſa deſiccata
permaneant: que poſtmodum in honore habent: ſeruantqꝫ tanqꝫ penates: viruꝫ ſe
vidiſſe ibi atqꝫ alibi foeminā hoc pacto carectis impoſitos ⁊ ſeruatos memorant.
Quom vero ex curiana octauo idus februarij ad reges redituri diſcederent: ſex et no
naginta ſe libras vnionum octunciales precio forte quindecim ſolidorum cōparaſ-
ſe cognouerunt. Diſcedentes igitur: vnum ⁊ ſexaginta dies in itinere (licet breui-
us qꝫ ex hiſpaniola) conſumſerunt: propter maris decurrentes ad occidētem fluctus
continuos: qui nauim non modo remorabantur: verum etiam interdum retrahe-
bant. Applicant tandē naute vnionibus (quaſi paleis onuſti. Aſt magiſter ipſe na
uis petrus alfonſus cognomento nignus ꝙ precioſorum vnionum copiam non me
diocrem ſuffuratus fuiſſet: regioſqꝫ reditus (qui ſunt pars quita) defraudaſſet: aco
mitibus acuſatus a Fernando de vega viro lr̄is ⁊ rerum experientia pollēti guber fernād⁹ de vega capit nignū.
natore gallecie (quo appulerāt) capitur. In vincliſqꝫ diu detinetur. ſoluitur tandē.
Sed habuiſſe partem vnionum ſibi contingentem adhuc negat. Unionum auella



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nas multi equant: orientalibus similes: sed quoniam male perforati non tanti precij sunt. De presente: quom apud illustrem methimne sidonie ducem inuitatus pranderem hispali: vnam supra centum vncias venum ad eum tulerunt. Has quom mihi dux ostendisset: sua profecto pulchritudine ac nitore me delectarūt. En habes q̃d ex his nuper terris: ex his occidentalibus oris possit vtilitatis expectari per annorum curricula: quādoquidem hac prima fronte talia dese argumenta opulentie ostēdāt.

vniones

# Occeanee decadis liber Nonus.

Vincentiagnes cognomento pinzonus ariesqꝫ pinzonus illius ex fratre nepos: qui colonum prefectum maritimū prima nauigatione fuerant cōmitati: duarūqꝫ minorum nauium illarū (quas supra diximus carauelas vocitari) domini a prefecto conducti: nouorū tractuū nouarūqꝫ terrarū amplitudine pellecti: quattuor impēsa propia carauelas in portum ipsorum natali solo (qui dicitur ab hispanis palos) in occiduo occeano sito construunt: ⁊ a regibus habita venia circiter kalēdas decembris anni noni ⁊ nonagessimi a quadringentesimo supra millesimū e portu soluunt. Est autē is portus palensis agadibus millia passuū duo ⁊ septuaginta ab hispali vero bethice emporio milliaria quattuor ⁊ sexaginta. Sunt oppidani omnes (nullo excepto) rebus maritimis dediti: cōtinuisqꝫ nauigationibus intenti. Ad fortunatas ⁊ ipsi primū tendunt per cassiterides. i. per insulas caput viride dictas (quas alij putāt gorgodes meduseas) ad meridiē recta proficiscuntur. Ab ea cassiteridū que sancti iacobi a portugalensibus possessoribus appellatur: idibus iā discendentes africum quem suduestum appellant: qui medius inter austrum est ac zephirum secuntur. Quom leucas se tricenas nauigasse ventū illum secuti arbitrarentur: poli arctici aiūt se aspectū āmisisse: quo illis occidente: ventorum vorticumqꝫ atqꝫ estuum fera tempestas continuo oborta est. Vlterius tamen (licet cum summo discrimine) quadraginta super ducētas leucas ventum semper eundem per polum iam amissum sequentes processerunt. Vnde an habitabilis sit an inaccessa que de linea equinoctiali feruntur: aut isti aut prisci tam philosophi q̃ poete ⁊ cosmographi metiuntur. Hi nanqꝫ frequentibꝰ habitatam populis contendunt. Illi vero inhabitabilem ob solis perpendiculū scribūt. Non defuere tamen apud antiquos: qui habitabilem esse probare niterent. Interrogati a me naute hi: an antarcticū viderint polum. i. stellam se nullam huic arctice similē que discerni circa pūctum possit: cognouisse inquiunt. Stellarum tamen aliam se prospexisse faciem densamqꝫ quandam ab horizonte vaporosam caliginem: que oculos fere obtenebraret aiunt. Tumulum attoli in terre medio qui (ne antarcticus videatur: donec illum penitus traijcerint obstet: contendunt. At stellarum imagines ab hemispherij nr̄i stellis valde diuersas se vidisse credunt. Hec dederunt: hec accipiunt) ⁊ quom turbidam esse maris aquam viderent: iacto funiculo plumbato sexdecim vlnarum (aiunt vulgo brazatas) altitudinem reperiunt. Applicant: descendunt: biduo ibidem cōmorati (quia nullum ibi hominem eo tempore viderint licet vestigia in littore humana compererint) sculptis arboribus ⁊ saxis littori vicinis re

Insule sub ethiopie paralellis temperate.

gijs suisqꝫ nominibus de accessu ipsorū discesserunt. Non longe ab ea statione nocturnos ignes secuti castrensi more gentem reperiunt pernotātem sub dio. Hāc (donec elucescat) nolle perturbare fuit cōsiliū. Sole autem exorto armati e nostris quadraginta prodeunt ad illos. Ad nostros duo ⁊ triginta numero veniunt obuiam arcubus ac missilibus telis onusti parati ad certamē: ceteri sequebātur eodem modo instructi. Germanis aut pannonibus prōceriores aiunt eos esse incolas. Vultu toruo ac minitantibus similes nostros inspectabant non armis esse agendum nostri censuerūt: siue id metu: siue ne aufugerent illi non habeo compertum blanditijs atqꝫ oblatione munerum illos allicere nostri conantur. Illi autem vt qui comercium inire cum nostris nullum statuerant: omnē sermonem reijciunt. Parati semper ad pugnam colloquia ⁊ nutus suscipiebāt. Ita quisqꝫ regreditur. Nocte autē intempesta illi aufugiunt: vacua relinquunt que occupauerant loca. Gentem esse vagam veluti scythas eos qui terre fructus sine certis domibus cum uxoribꝰ ⁊ filijs sequantur existimant. Iureiurādo asserunt qui pedū illorum in harena dimensi sunt vestigia: nostrorum pedum mediocris hominis fere quantitatem in duplum equare. Alterius adnauigantes flumen aliud reperiunt: sed non ita profundū vt carauellis percurri quiret. Seruitorios igitur limbos quattuor armatis onustos ad terram loca vestigatum mittunt. Supereminenti colle littori vicino incolarum cateruam conspiciunt. Nostri ad comercium per vnum peditem premissum inuitant. Illi ex nostris apprehendere aliquem abducereqꝫ velle visi sunt. Ad nostrum nanqꝫ palillum cubitalem auratum alonge proijciunt: quia noster priꝰ adiecerat tintinabulum vt eos alliceret. Quom prius iactum paliculum auratum vellet noster sumere: dicto citius illum incole circumeunt: vt apprehendant. Is scuto ensēqꝫ tectus: quibus armatus veniebat se ab eis tuetur: donec e cimbis auxilium socij attulerunt. Vt breuibus absoluam quandoquidem discessum tuum ante oculos mihi tam anxie ꝓponis: sagitis ⁊ missilibus sudibus e nostris octo peremerūt. Pluresqꝫ vulnerarūt. Intra fluuium limbos sepiunt. Ad manus vsqꝫ temere accedunt. Apprehendūt ex ripa cimbarum spondas. Lanceis ensibusqꝫ veluti oues (quia nudi) trucidantur. Nec eo minus aprelio desistunt: vnam e cimbis e nostrorum potestate rapuerunt: vacuam tamen hominibus. ⁊ illius prefecto sagitta transuerberato ac perempto relique euaserunt: ita bellaces illos deseruere. Ad occidentem septentrionalem ꝑ iddem littus mesti (ob interfectos) tendūt. Leucas circiter. xl. percurrerant: quando in pelagus incidunt aquarum adeo dulcium: vt implere ibi cados aqua recenti libuerit. Vestigantes eius rei causam: defluere magno impetu e vastis montibus rapidos fluminum concursus reperiūt. Intra id equor iacere plures insulas ⁊ fortunatas soli vbertate et populis refertas aiunt. Huius tractus incolas mites sociabilesqꝫ esse referunt: ast ipsis paruum vtiles: quia nullos optabiles nostris prouentus assequātur auri vt pote aut lapillorum. Sex preterea ac triginta inde captiuos abduxerunt ex eis: ꝓuintiam appellant indigene mariatambal. Regio autē ab eius fluminis oriente camomorus dicit: ab occidente paricora. In huiꝰ prouintie interioribus non negligēdam auri copiam iacere innuebant accole: huius nanqꝫ fluminis septentrionem recta captantes (sic exigente littorum inflexu) arcticum recuperarunt polum. Id littus vniuersum parie prouintie est (quam colonum ipsum huius tanti inuenti auctorem reperisse diximus) vnionibus ornatam. contiguum esse aiunt littus id: idemqꝫ cum ore draconis (de quo alibi) ⁊ reliquis oris vt curiana: cachieto: cuchibachoa. Prop

Serui gigantes feri.

graue prelium cū gente nuda.



Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

terea gangetidis indie continentem putant. Nec enim is vaſtus ambitus vt inſu-
la ſit pati videtur: licet vniuerſum terre orbē large ſumptum inſulam dicere fas ſit.
Cocineas in plerisq3 de parienſibus inſulis ſiluas reperere. Librarū millia al-
lata ſunt tria verzinum mercatores itali: hiſpani braſilum appellant. Aiunt coci-
neas hiſpaniole arbores eſſe his longe meliores ad colorem lanis imbibendum.
aquilonem deinde (quem hiſpani naute nordeſtum itali grecum appellant) ſecu-
ti: multas inter erunt canibalium ſeuitia deſertas inſulas: aſt feraces. Deſcende-
runt nanq3 pluribus in locis: ⁊ vicoruz multa veſtigia quoudam habitatorum in
greſſi ſunt. Viderūt tamē alicubi homines ſz trepidos aſpectu peregrine cuiuſq3
nauis aufugientes ad montanas rupes ⁊ abſtruſa nemora: ſine certis iam domi-
bus vagantes ob canibalium inſidias. Arbores inuenere maximas: que caſiam
caſia fiſtula fiſtulā (vt vulgo dicitur) paſſim ⁊ ſuapte natura ꝓducūt. Non inferiorem eſſe a-
iunt hanc illa: quam a pharmacopolis febri laborantes aſſecuntur: at nondum ma
turuerat quō iam iter facerēt (malo illis alijſq3 hec referētibus credere q̄3 ea labo
rioſi⁹ ſcrutari) arbores ibi eſſe adeo proceras balbutiunt: vt plereq3 ſex deci homi
animal nun q̄3 viſum. num manu iūctorū in girū vix lacertis concludi quirent. Inter eas arbores mon-
ſtroſum illud animal vulpino roſtro: cercopithecea cauda: veſpertilioneis aurib⁹:
manib⁹ humanis: pedibus ſimiam emulans: qd natos iam filios alio geſtat (quo
cunq3 proficiſcat) vtero exteriore in modū magne crumene repertum eſt. Id ani-
mal licet mortuū tu ipſe mecū vidiſti: conuoluiſti: crumenamq3 illam nouū vterū:
nouū nature remediū: quo a venatorib⁹ aut alias a ceteris violētibus ⁊ rapacib⁹
animalib⁹ natos liberet: illos ſecum aſportando admiratus es. Experimento eſſe
compertū aiūt: eo ſemper vtero crumenali animal filios ſecū portare: nec illos in-
de vnq̄3 emittere: niſi aut recreandi aut lactandi gr̄a: donec ſibi victū per ſe querita
re didicerint. Cū filijs animal ipſum dephēderāt aſt in nauib⁹ catuli ꝓpediē peri
erūt. Mater autem filijs p aliquot menſes ſup ſtitit. ſz et ipſa tandē tantam aeris
et cibor mutationem ferre nequiuit. De hoc animali iā ſatis multa. Redeam⁹ ad
rei auctores. Hi duo pinzoni patru⁹ ⁊ nepos horrēda p nauigationem hanc paſſi
ſunt. Per parienſe littus ſexcentas iam leuquas. Atq3 (vt ipſi putant) vltra vrbem
cataij ⁊ littus indicum vltra gangem percurrerant: quando in eis oris menſe iulio
merguntur due naues. inſperata illis exorta eſt tēpeſtas adeo fera: vt e quattuor quas ducebant carauel-
las duas ante illorū oculos ſummerſerit. Illico terciam vi ex anchoris raptam ab
eorum aſpectu aſportauerit. Quartā in anchoris ita quoncuſſerit: vt omnis com-
pago iam ſolueret. Unde ad terram tamen ipſi ex hac vltima deſcenderūt de naui
penitus omni ſpe amiſſa. Quare inito cōſilio quom de parandis iam ſibi domici-
lijs: vt in eis regionibus vitam agerēt: de perimendis omnibus incolis vicinis co
gitabant: ne prouintialibus reliquis aliquando conuocatis ad ſe trucidādum con
ſeruātur. ueniant. Aſt melius ceſſit tempeſtas. Redijt quam raptauerat hiems carauella:
qua octodecim viri vehebant. ⁊ que in anchoris in eorum proſpectu ſteterat ſerua
ta eſt. His igit duabus ad hiſpaniam iter capiunt palos natale ſolum ad vxores
⁊ filios concuſſi fluctibus ⁊ hominibus ammiſſis non paucis pridie. kl's. octobris
reuertunt. Hi ex arboribus pleraq3 fruſta tulerunt: que cinamomi ⁊ gingiberis
eſſe putant: aſt non vtiliſq3 non conditi: vt aiūt in ſui excuſationem: q nihil pretio
ſum alias repererint: lapillos tamē ſe vidiſſe in eorum manib⁹ inde allatos ex ma-
ritimis illarum orarum littoribus collectos baptiſta tuus elyſius philoſophus e-
de topaciis eximius ⁊ medicus nō inferior (quos veros eſſe topacios predicat) mihi tibiq3 (vt

arbitror) enarrauit. Poſt hos ⁊ alij vicinorum emulatione ad meridiem longiſſi-
mos tractus percurrere: ſed per aliorum inuenta coloniq3 ꝑfecti maritimi veſtigia
per littus vt puta parienſe. Caſiam ⁊ hi fiſtulam pretio ſumq3 illud ad capitis gra iteruz caſia.
uedinem ſuo ſuffumigio tolendam: quod hiſpani anime album vocant repere. De
his nil noui aliud quod tuo ſit dignū ingenio percep i. Finem propterea libello hu
ic quia me iterum de tuo diſceſſu fatigas imponā. Aſt qui decadem impleat de va-
nis inſule hiſpaniole ſupſtitionibus alium libellum accipito. Si non fuerit liuiana
decas id eſſe cauſe cognoſcito: q tuus hic martyr liuiano haud quaq̄3 fuerit iuxta pi
thagore intellectum afflatus ſpū. Si quid vltra atlantici montes iſti pregnantes
parient habedis. Nūc inſulares illuſiones accipito veris luciani narrationib⁹ tan
to ſuperiores: quāto hec in vſu hominum licet infantilia: illa vero conficta ioci tan-
tum gratia vel ea credentium irri ſui condonata.

# Occeanee decadis liber Decimus.

IN hiſpaniola inſula noſtri: priuſq̄3 indigenas quicq̄3 aliud q̄3 celi nu
mina colere aut religionem vllā exercere didiciſſent: verſati ſunt. Se-
pius. n. ſupra memorauimus nihil eos colere preter viſibilia celi lumi
na. Quō tandem familiarius apud eos contuberniū: pmixtis vtrinq̄3
linguis: plerinq̄3 ex nr̄is agerēt: varias apud eos cerimonias varioſq3
ritus obſeruari compererunt. Ex cuiuſdam heremitaruz ſtudio fratris ramoni: qui
ex coloni mandato apud inſulares (vt eos chriſtiane erudiret) regulos diu verſatus
de inſularum ritibus libellum cōpoſuit hiſpano idiomate: pauca hec leuiorib⁹ om-
miſſis colligere fuit animus. Illa igit accipito nocturna inſularibus apparere fan
taſmata: que illos in fatuos errores inducant: ex ſimulacris que palam colunt apte
cognoſcit. Ex bombice nanq3 interto ſtipato interius ſedentes imagines formāt: q
nocturnos (quo pacto parietibus illos noſtri pictores in figunt) emulant lemures.
Quom ex illis ſimulacris opa mea ad te miſſis quattuor tu ipſe videris qualia ſint
q̄3 ve depictis lemurib⁹ ſimilia: poteris regi ſereniſſimo tibi patruo meli⁹ corā ſig-
nificare: q̄3 ego illa ſcribere. Hec ſimulacra zemes apellāt indigene. Quar minora
infantulos demones referentia (quō ſint cū hoſtibus manus collaturi) frontib⁹ alli
gant. Propterea funiculis quos vidiſti complexa ſunt. ab his pluuias (ſi pluuie de
ſint) ſoles (ſi ſole indigeant) ſe impetrare arbitrant: eius enim quem vnicū ſine ca-
rentē: omnipotentem inuiſibilēq3 eſſe fatent: iternūcioſq3 eſſe zemes putāt. Quiſq3
regul⁹ ſuū habet zemē: quem colat. Celeſti illi numini eterno: duo hec nomina io- quid credāt de vero do.
cauna: guamaonocon maiores eor indiderūt. Numem ipſum hr̄e genitricem q̄nq3
his nominibus appellatam ferūt: attabeiram. ſ. mamonaz: guacarapitam: iiellam:
guimazoam. In terris autem quid pueraſcant de hominis origine auſcultato. Eſt
in inſula regio noīe caunana. Ex duob⁹ montis cuiuſdam ſpecub⁹ prodijſſe genus
hominum garriunt. Maiorem hominum partem ex amplioribus faucibus antri:
minorem ex arctioribus exilijſſe predicant. Rupem ex qua ſpecus aperiunt: cautaz
appellant. Maius antrum cazibaragua minus amaiauna nominant. Priuſq̄3 ho
minibus inde egredi licuerit: ſimpliciter inquiūt per hominē nomine machochael
ſingulis noctibus antri fauces cuſtodiri ſolitas. Is machochael quoz longius ab
antro viſendi ſtudio pereriſſet: a ſole deprehenſ⁹: cuius aſpectum minime pati poſſe
dabat: in lapidem mutat⁹ dicit. De plurib⁹ idē alijs blacterat: q quō piſcādi cupi
ditate noctu ab antro tantum proceſſerint: vt redire ante ſolis ortū nequiuerint: quez

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

homines in mirobalanos. non licebat intueri: in arbores myrobalanos (quarum ſua ſponte copiam terra illa
producit) fuiſſe traſſormatos. Aiunt preterea vaguonionã primarium quendam
(ex antro clauſis familiaribus) piſcatum emiſſiſſe: quem in philomenam eadem
homo ĩ philomenã. cauſa ꝙ ſol ſuperuenerit priuſqꝫ ſe reciperet mutatum. Inde inquiunt illum quo
tannis quo tempore verſus eſt in auiculam noctu ſuo cantu ⁊ ſortẽ conqueri: ⁊ dñi
vaguonione auxiliũ implorare: hinc noctu cantare luſciniam (quom cetere taceant
aues) putãt. Vaguoniona vero familiaris ſui deſiderio: quẽ vehementer amabat:
viris in antro relictis: feminas tãtũ cum paruulis quos lactabant eduxit: e quibꝰ
feminas in vna inſularum eius tractus (quã appellant mathinino) reliquiſſe fertur:
infantulos autem ſecum aſportaſſe: qui miſelli fame poſt tantillum tẽpus oppreſſi:
quom ad cuiuſdam fluminis ripã applicuiſſent: toa toa. i. mãma mamma clamitan
pueri in ranas. tes in ranas conuerſi ferunt. Inde vocem illam ranis verno tẽpore dicunt inſediſſe.
Ita in antris illis: e quibus per hiſpaniolam ſparſi ſunt homines: viros tãtũ ſine
feminis permãſiſſe balbutiũt. Referũt inſup vaguonionam ipſum per diuerſa va-
gantem nec vnqꝫ ex ſpeciali gratia mutatũ ad mulierem: quam in fundo maris for
moſam viderit deſcendiſſe: ab eaqꝫ marmoreos calculos ⁊ quos cibas vocant ⁊ ta-
bellas quaſdã flauas ex aurichalco (quas guaninos appellãt) habuiſſe dicũt. Hec
monilia pro ſacris apd̓ reges habentur in hunc vſqꝫ diem. Viros autẽ illos quos
ſine feminis in antris relictos diximus: lotum ſe ad pluuidarũ aquarum receptacu-
la noctu referunt. (vti mos eſt eorũ) exijſſe: atqꝫ vna noctium in animalia quedã fe-
minas emulantia veluti formicarum agmina reptare per arbores myrobalanos a-
longe vidiſſe. Ad feminea illa animalia procurrũt: capiunt: veluti anguille de mani
bus eorũ labũtur. Conſiliũ ineunt. ex ſenioris conſilio: ſcabioſos leproſoſqꝫ ſi qui
ſint inter eos conquirũt: qui manus aſperas calloſaſqꝫ habeant: vt apprehenſa fa-
cilius queãt retinere. Hos homines ipſi cara caracoles appellãt. Venatũ proficiſcũ
tur. Ex multis quas capiebãt quattuor tantũ retinẽt. Pro feminis illis vti adnitũ-
tur. Carere illas feminea natura comperiũt. Iterum accitis ſenioribus quid faci-
endũ conſulũt. vt picus auis admittatur: qui acuto roſtro intra ipſorũ inguina fora
men effodiat cõſtituerũt. Ipſis met caracaracolibus hominibꝰ calloſis feminas a-
pertis cruribus tenentibus: qꝫ pulchre picus adducitur. Picus feminis ſexum ape
rit. Hinc belliſſime habuit inſula quas cupiebat feminas. Hic procreata ſoboles.
Eia mirari iã dſinito. qd̓ de myrmidonibꝰ grecia verax tot voluminibꝰ deſcripſerit
e formicis vt pote myrmidones procreatoſ. Hec ⁊ alia huiuſmodi multa paccato ſe
renoqꝫ vultu ſapientiores e podijs ſuggeſtioliſqꝫ turbe ſimplici mirabũ de ſuadẽt:
recitantqꝫ pro ſacro. Aſt de maris origine ſeuerius. Qua in re fuiſſe quondam in in
ſula potentem virũ nomine iaiam: qui filiũ vnicum hominem exuentem intra cucur
bitã: ſepulcri loco: cõdiderit. is iaia paucis exactis mẽſibꝰ impatiẽs morte filij: redijt
ad cucurbitã: eã quom apuiſſet: balene ingẽtes ⁊ grãdia cete ꝓdierũt: q̃re incluſum
in ea cucurbita mare cõuicinis q̇buſdã ꝑdicauit. Ea permoti fama q̃ttuor f̃res iuue
nes eodẽ partu geniti (aſt partu m̃re perẽpta) cucurbitã ſpe habẽdorũ piſciũ adeũt:
manu capiũt: iaia ſupueniẽte qui crebro nati oſſa incluſa reuiſebat: perterriti ſunt iu
uenes ſacrilegio furtiqꝫ ſuſpitione depħẽſi veluti q̇ iaiam obſeruabant: vt celerius
fugerent cucurbitam e manu ſoluerunt: ea pondere nimio preſſa frangitur: per eius
rimas effunditur mare: valles implentur: eaque vaſta planities que vniuerſum il-
vnde mare ꝓdierit. lum inſularem orbem ſicca occupabat: ſummergitur: monteſqꝫ tantũ ob altitudi-
nem ab ea inundatione euaſerunt: q̇ nunc eas continent inſulas: quas licet aſpicere.

En illuſtriſſime princeps omni preconio dignã maris originem: nec ab eis parui eũ
fieri putes: qui hec illis recitare didicerit. Aiunt deinde fratres hos iaie metu tã diu
per diuerſa fuiſſe vagatos: vt fere iam fame perirent: quia nullubi ſiſtere pedem au
debant: hinc quoniã acrius vrgerentur: ad pinſoris domum pulſare ceperunt caza-
bi. i. panem petentes pinſor autem in primo ĩgredientem cõſpuiſſe ita acriter fertur:
vt illi ex ictu ſputi exortum ſit turgidiſſimum intercus: quo fere ĩterierit. Aſt fratrũ
conſilio accepto lapide acuto apertum eſt: ex cuius vlcere natam aiunt feminã: qua
mutuo poſt fratres illi omnes vſi ſunt: atqꝫ ab ea ferunt filios filiaſqꝫ genuiſſe. Iu-
cundius aliud aduertito princeps illuſtriſſime. Antrũ extat aliud iouanaboina no
mine in cuiuſdam reguli dioceſi: qui Machinnech vocatur. Id religioſius qꝫ corin
thium quondam aut cyrrham niſamqꝫ greci colunt: ac venerantur: mille varijs or
natum picturis. In huius antri foribus duos habent ſculptos zemes: quorum vnũ
bintaitellem. Marohum alterum vocant. Cur tanta ſpecum colerent pietate: inte
rrogati: quia ſol inde lunaqꝫ lumẽ orbi prebituri prodierunt: grauiter ſenſateqꝫ reſ-
pondent. Concurſationibus antra veluti nos vrbem ⁊ baticanum noſtre religiõis
caput: aut Compoſtellam ⁊ Iheruſalem domini ſepulcrum frequentant. Subia-
cent ⁊ alteri ſuperſticionum generi: mortuos putant noctu vagari: ac veſci guanua-
ba (fructu nobis incognito) cotono ſimili: lectiſqꝫ inter viuos verſari aiunt ac deci-
pere mulieres: ſumpta namqꝫ virili forma coire velle videntur: aſt quom ad opus ꝑ
uenitur euaneſcunt. Si quis autem apud ſe iacere mortuum aliquando ſuſpicatur
(quom quid noui ſenſerit in lecto) vteri attrectatione ſe dubio ſolui balbutit. Cun-
cta nãqꝫ aiunt mortuos poſſe humana membra ſuſcipere preter vmbilicũ: ſi vmbi
lico igitur mortuum eſſe dignoſcit: tactus illico reſoluitur. Noctu ⁊ ſepiſſime (in iti-
neribus precipue vijſqꝫ publicis) mortuos occurrere viuis creduntur: contra quos
ſi viator intrepidus ſteterit: diſſoluit̃ fantaſma: ſi vero pertimeſcat: illum ita adorien
do perterret: vt ſepius ea formidine multi debilitentur ac ſtupeãt. Interrogati a no
ſtris inſulares vnde ſibi eos ritus inanes tanqꝫ contagionem comparauerint: a ma-
ioribus hereditarios reſpondent: rithmiſqꝫ aiũt vltra homninũ memoriam: iſta cõ-
texta que neminem licet preter regulorum filios edoceri: memorie illa cõmendant ne
qꝫ enim litteras vnqꝫ habuere: diebuſqꝫ feſtis (alio pulſante populo) canentes velu
ti ſolemnia ſacra preponunt: inſtrumentum habent vnicum ligneum: concauum: re
boans tantum: ꝙ cõcutitur impanit more. His illos imbuunt ſuperſticionibus eorũ
augures quos bouijtas vocant: ſunt et ijdem medici qui plebecule rerum inſcie mi-
lle aſtruunt fraudes. Credere cogunt plebem hi augures (quia ſunt apud eam au-
ctoritatis eximie) ꝙ zemes ipſos alloquantur futuraqꝫ predicẽt: ⁊ ſi quis aduerſa la
borans valitudine conualuerit: ſe dono zemis id aſſecutum perſuadent. Ieiunio ⁊
purgationi ſe obligant bouijte: qꝫdo curã de primario ſumũt aliquo. Herbamqꝫ
ſumunt inebriãtẽ quã quom puluercam ſorpſerit (veluti menades) in furorẽ verſi
multa ſe a zemibus audiſſe ĩmurmurant. Valitudinarium adeunt oſſe vel lapillo in
os ſumpto aut fruſtulo carnis. Ex hemiciclo eijciunt omnes preter vnum aut duos
quos ipſemet elegerit. Circuit primarium bouijtus ter aut quater: faciem: labia na
reſqꝫ extorquens fedis geſtibus: in frontem: in tempora: in collum ſuflat egroti ab-
ſorbens aerem: poſt hec ſe morbum ex laborantis venis exhaurire dicit. Per hu-
meros deinde ac femora ⁊ crura egrotum fricans: cõnexas a pedibus manus dedu
citatqꝫ ſic manibus complexis: ad hoſtium procurrit apertum: ac manus excutit

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

apertas:ſe qꝫ moꝛbū effugaſſe futurūqꝫ pꝛope diem incolumē perſuadet. Aſt a ter
go illum adoꝛiens carnis fruſtulum (vti pꝛeſtigiatoꝛ) ex oꝛe attollit. Egrotoqꝫ incla
mitat dicens:en quid vltra neceſſitatem comederas. valebis quoniā illud tibi detra
xerim. Si vero egrotum fallere grauius intendit:zemen eſſe ſuum iratum ſuadet:ꝙ
vel ei domum non conſtruxerit:aut minus illum religioſe coluerit:ꝙ pꝛedium nō di
cauerit. Si vero egrotū perire contigerit:affines eius veneficijs cogunt moꝛtuū fate
ri:fato ve aut bouiti in curia ꝙ non integre ieiunaberit:aut cōſonū egroto pharma
cum non pꝛebuerit. Si medici bouijti culpa diē obierit:de bouijto vindictā ſumūt.
De lapillis aut oſſibus quos oꝛe geſtaſſe bouijtꝰ aliquis putatur:ſi femine aliquē
aſſecuntur pāniculis religioſiſſime inuolutū ſeruāt:puerperijs enim pꝛodeſſe pluri
mum poſſe credunt:habentqꝫ femine lapillos eos loco zemium. Zemes autem vari
os varij colunt inſulares. Lignēos quidam cōſtruunt:nocturnis inter arboꝛes mo
niti viſionibus:alij ſi reſpōſa intra rupes habuerint marmoꝛeos inſculpunt in radi
cibus alij reperti inter aies ideſt genus panis de quo ſupꝛa. Quos zemes curam ha
bere vt panis ille coaleſcat arbꝛitantur veluti antiquitas dꝛyades amadꝛyades ac
ſatyros ⁊ panes ac nereides fontium ſiluarum ⁊ pelagi curam habere putabat: ſu
oſqꝫ rei cuiqꝫ deos aſſignauit vt ſuum quiſqꝫ genus tueretur:ita ⁊ inſulares hi ſuos
zemes inuocatos eoꝛum optatis auſcultare autumant. Quare quom de belli euentu
de annona:de incolumitate zemes reguli conſulunt:domum zemi dicatam ingrediū
tur:ibiqꝫ abſoꝛpta per nares chohobba (ſic herbam vocant inebꝛiantem qua ⁊ bo
uijti in furoꝛem ſtatim vertuntur) domū illico tectis ad fundamenta verſis moueri
homines verſis veſtigijs ambulare:ſe videre garriunt. Tanta eſt pulueris illius cō
tuſi vis ex cohobba:ut ſenſum omnem illico ſummēti eum tollat:vt pꝛimum ceſſit in
ſania bꝛachijs genua demiſſo capite complectitur:quo in ſtatu attonitus pauliſper
immoꝛatus caput veluti ſomnolentus eleuat atqꝫ oculos in celum attolens intra ſe
pꝛimum confuſa quedam obloquitur:cui tunc pꝛimarij aulici aſtantes (neqꝫ enim
de populo quiſquā ad ea ſacra admittitur) ſublatis vocibus gracias agunt:ꝙ iam
a zemis colloquio ad eos redierit:⁊ quid viderit percunctantur. Ille autem os aperi
ens zemen eo tempoꝛe ſe allocutum fuiſſe delirat. Ipſiqꝫ aut victoꝛiam aut pernici
em (ſi cum hoſtibus manus conſeruerit) aut famen vel vbertatem: peſtem aut inco
lumitatem ⁊ quicquid venit in buccam pꝛedixiſſe illi zemen veluti limphaticus pꝛe
dicat. Eia illuſtriſſime pꝛinceps quid miraberis poſt hec de apollineo quondā ſpi
ritu ſuas ingenti rabie ſybillas excutienti? Putabas ſuperſtitioſam illam antiquita
tem deperiſſe? quandoquidem generalia de zemibus tot enarrauimus:quid de par
ticularibus quibuſdam referatur ſilentio pꝛetereundum minime cenſeo. Regulus
quidam guamarectꝰ habuiſſe Zemen dicitur nomīe corochoctum. Hunc ſupꝛemo
domus (vbi vinctū guamarectus illum adſeruabat) culmine:ſepe numero aiūt vel
coitus aut cibi gratia vel ut ſeſe abſconderet ruptis vinculis deſcendiſſe per aliquot
ve interdum dies latuiſſe iratum:eo ꝙ in ipſius cultu ⁊ ſacris Guamarectus rex de
fecerit. In guamarecti regio vico naſci aliquando infantes coꝛonas habentes duas
referunt. Hos coꝛochotti Zemis filios eſſe pueraſcunt. Ferunt ⁊ ab hoſtibus vi
ctum fuiſſe in acie Guamarectum: vicumqꝫ ipſius ac regiam ferro igniqꝫ vniuer
ſam vaſtatam:coꝛochotum autem incenſa domo exilijſſe e vinculis:ad ſtadium vſ
qꝫ fuiſſe deinde repertum. Zemen habent alium Epileguanitam nomine: ligneum
quadꝛupedem:qui ſepe ad ſiluas e loco (vbi colebaī) fertur pꝛofugiſſe. Hunc quo

ties diſceſſiſe ſentiebant:pijs facto agmine ſupplicationibꝰ ſolicite queritabant:in
uentum religioſe ad dicatum ei ſacellum humeris repoꝛtabant. Aſt chꝛiſtianis ad
inſulā applicātibꝰ aufugiſſe illū:nuſqꝫ qꝫ fuiſſe vltra repertū (patrie pniciē ob it au
gurantes) conquerunī. Hec a ſenioꝛibus audita ſunt. Marmoꝛeū colebant zemen
aliū ſub femineo ſexu:cui duo maſculi pꝛo miniſtris aſtabant. Hoꝛū alter femine iuſ
ſu pꝛeconis officio fungebatur: ad reliquos zemes q̄ auxilio aſſint femine impio: ad
uentos pluuiaſqꝫ ac nubes cōcitandas. Alius autē dicit ex femine mandato aquas
in vallibꝰ ex altis montibus collabētes cōgregare: vt inde facto impetu moꝛe toꝛren
tis ſolute vaſtēt agros ſi ſimulacro dbitos optatoſqꝫ honoꝛes īdigene nō pꝛeſtiterit
Dignum memoꝛatu hoc vnū accipito pnceps illuſtriſſime:quod opus iā claudat.
Tritiſſimū apud inſulares nr̄i reperere duos fuiſſe quondā regulos (e quibꝰ vnꝰ
guarionexij de quo ſupꝛa mentionem ſepe fecimꝰ fuit genitoꝛ) qui a cibo potuqꝫ di
es quinqꝫ continuos abſtinuerint: vt de futuris aliquid a zemibus acciperent:eo ie
iunio grati zemibus ſe habuiſſe in reſponſis retulerunt: venturam non multos poſt
annos ad eam inſulam gentem coopertam veſtibus: que ritꝰ ac cerimonias omnes
inſulares eſſet vaſtatura:filioſqꝫ omnes ipſoꝛum aut peremptura aut pꝛiuatura li
bertate. De canibalibus iunioꝛes coniecturam facientes ſeſe vbi adventare caniba
les ſentiebant fuga ſibi conſulere ſtatutum erat. Neqꝫ vnqꝫ manus vltra cum cani
balibus conſeruerunt. Quom vero hiſpanos inſulam ingreſſos viderunt maioꝛum
(collectis de hac re ſermocinationibus) inter ſe hanc eſſe gentem illā augurati ſunt
nec illos fefellit opinio:ſubmiſſi chꝛiſtianis iam ſunt omnes:peruicacibus omnibus
interfectis:nec vltra de zemibus extat memoꝛia. ad hiſpaniam nāqꝫ ſunt omnes aſ
poꝛtati: vt eoꝛum ludibꝛia ⁊ demonum fallacias noſceremus:e quibus tu plures me
tractante pꝛinceps illuſtriſſime conſpexiſti. Multa pꝛetereo quia te cras pꝛoculdu
bio in patriam diſceſſurum: vt reginam tibi maioꝛem amitā quam huc es cōmitatꝰ
ex federici regis patrui tui mandato reducas monuiſti. Tu petaſeatus: ego autem
lauſſus:ergo vale memoꝛ tui martyris quem de grandi rerū aceruo pauca hec ſub
nomine federici patrui deligere coegiſti.

## ¶ P. Martyris angli mediol. Occeanee decadis epilogus perpendicularis Ad inachū lopez mendociū tēdille comitem.

AB oꝛigīe pꝛima ⁊ recenti conſilio ſummēde huius pꝛuīcie occeanee ab
vꝛbe roma lr̄is amicoꝛū ⁊ pꝛincipū ſtimulabar: vt ea conſcriberem q̄
acciderēt:admiratione quippe ſumma:quom repertas eſſe nouas ter
ras nouaſqꝫ gentes que nude natura contēte vitā agerent:muſitabāt
Deſiderioqꝫ ardenti cognoſcendi:hec tenebantur. detruſit in pꝛeceps
aſcanium foꝛtuna fratre ludouico a gallis mediolano eiecto cuius auctoritas toꝛpeſ
cere me non ſinebat:quin aſſidue calamum dextra haberent ad eum: pꝛeter alia mul
ta que ex meis latentibus ad huc comentarijs aliquando videbis:libellos huius de
cadis pꝛeeūtes dixerā duos. Haud ſecus mihi foꝛtuna detoꝛſit ingeniū a ſcribēdo
atqꝫ aſcanium deturbauit a potentia. Ceſſit aſuadendo pꝛocellis agitatus. Ceſ
ſit ⁊ mihi feruoꝛ iſta perquirendi. Donec anno quingenteſimo ſupꝛa Milleſimū
quom granate curia moꝛaretur (vbi tu pꝛo rex) Ludouicus aragonius cardinalis
Federici regis ex fratre nepos q̄ agebat granate cū regia a parthenopeia nr̄i regis
ſoꝛore federici ipſius regis litteras ad me directas poꝛrexit: quibus hoꝛtabatur vt

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

reliqua colligerẽ q̃ aſcanianos libellos ſequebãtur. fatebatur nãqꝫ vterqꝫ ſe que ad
aſcanium ſcriptitabãꝫ legiſſe. laboꝛabã tũc. vti noſti. aduerſa valitudine: ſumpſi tñ
onꝰ ⁊ animũ impuli ad ſcribendum. ex magno rerũ que ad manus mihi deuenerunt
cumulo: que ve relatu auctoꝝ illa cõquirentiũ accepi: pauca hec (quia memoꝛatu
digna certaqꝫ) delegi. Nunc vero quõ tu mihi exemplar integrũ hoꝝ operũ meoꝝ
extoꝛquere fueris conatus: fuit conſilium ea paucis addere que poſt eũ animũ qui-
genteſimũ: ad hunc vſqꝫ: qui eſt decimus ab illo. Varias diuerſi naute hoc decẽnio
terras percurrerũt aſt qꝛ ſecuti ſunt alioꝛum inuẽta minoꝛe laude dignos ad iudico.
Paric nanqꝫ littus ſequentes tractu cõtinuo: qd indicũ eſſe continẽs volũt: in duas
inciderunt regiones nouas beragua ⁊ vraua quas auriferas thuriferaſqꝫ eẽ reperi-
unt: inde nãqꝫ pleriqꝫ aurea monilia ac thuris quaſdam vegetes ab ĩcolis dono da
tas: ſed pꝛius acri bello ſtratis tulerunt. Alibi nr̃os: licet nudi: ſtrauerunt tamẽ ⁊ in-
tegras acies, trucidarunt. ferocioꝛes nãqꝫ reliquis ſunt. Sagittiſqꝫ agũt venenatis
⁊ ſubdalibus fuſtibus p̃acutis. Auialia etiã volucreſqꝫ a nr̃is varias reperere. Ple
riſqꝫ in locis veſpertiliones turturibus nõ minoꝛes ad eos acri furoꝛe: pꝛimo noctis
noxii veſpi crepuſculo volitabant ⁊ venenato moꝛſu ad rabiem vſqꝫ leſos trahebant: ita vt au
liones. fugere inde veluti ab arpijs fuerint coacti. Alibi quõ in terra noctu quidã in arena
monſtrum. doꝛmirent e mari monſtrũ exiens furti: vnũ per mediũ arripuit aſpoꝛtauitqꝫ incõſ-
pectu ſocioꝛũ: nec miſero clamãti opem ferre potuerũt: donec in mare belua cũ pꝛeda
pꝛoſilierit. In his terris figere pedẽ arceſqꝫ ibi condere eſt animꝰ regi: nec deſunt q̃
terre illius ſubdende paccandeqꝫ onus ſummere deſiderẽt ⁊ regi ſupplicant vt ipſis
europe am pꝛouincia demandet. magni ſunt tractus: vaſta terraꝝ amplitudo: europã aiunt vni
bitum ſupe uerſaꝫ ſui magnitudine has regiones tũ cõtinẽtes: tũ inſulares ſuꝑare: pꝛeter eas q̃s
rant. poꝛtugalẽſes ad meridiẽ repererũt: q̃ maxime ſunt. Magna laude digna eſt hac no
laus hiſpa- ſtra tẽpeſtate hiſpania: q̃ latentes hactenꝰ tot antipodũ miriadas nr̃is gentibꝰ cog
nie. nitas effecerit ingenioqꝫ polentibus amplã adeo ſcribendi materiã ꝓbuerit. Quibꝰ
ego iter aperui quõ iſta nnde (vti vides) collegeri: tũ quia ellegantioꝛibus nequeo
veſtibus quicqꝫ oꝛnare tum etiaꝫ quoniã calamũ vt hiſtoꝛice ſcriberẽ nunqꝫ ſumpſi
ſꝫ ut: ꝑ ep̃las raptim ſcriptas his (a quoꝝ mãdatis referre pedẽ nõ licebat) ſatiſface
rem. Iã ſatis digreſſus ſuꝫ. panẽ agnoſcũt iſularẽ parui eſſe roboꝛis nr̃o triticeo pa
ni aſſuetis: hebetantur ob eam cauſam vires hominuꝫ. pꝛopterea nuꝑ rex impauit
vt diuerſis in locis quottoqꝫ ãni tꝑe ſeratur. in harũdineas nãqꝫ paleas inanes cũ
raris (aſt illis craſſis ⁊ pꝛegnãtibꝰ) ſpicis pꝛodibãt. Sentiũt eandẽ eſſe ĩ herbis mo
llicie. Creſcũt ad ſegetũ mẽſuram. armẽta mirũ ĩ modũ impinguant. Sed carnes
reddũt inſipidas: immo ⁊ aiũt ſine medullis: aut (ſi iſint) aquoſis. de poꝛcis e cõuer
ſo. ſalubꝛes ſapidoſqꝫ: ob inſulares quoſdam ſilueſtres fructus (q̃bus auide veſcun
tur) eſſe ferunt. In macellis nil ſecãt aliud. creuit poꝛcoꝝ multitudo ⁊ ſilueſtres effe
cti ſunt. qui e ſubulcoꝝ cura euaſerunt. Nõ egent vltra vt aliunde genus vllũ qua
dꝛupedũ aut altiliũ ad eos inuehatur. Animaliũ omniũ pulli pꝛopter herbe luxuri
em patribus grandioꝛes euadũt: licet ſolo gramine ſine oꝛdeo: aut vllo grano nutri-
de cuba in- antur. Nunc hiſpaniole vicina cõplectamur. Cubam tellurem illam quam diu ob
ſula. eius longitudinem continentem putauerũt: inſulam eſſe repiunt. Neqꝫ mirũ videa
tur ꝙ ipſius incole dum percurreretur a noſtris fine carere dicerent. Quia gens hec
nuda. paruo ſatura. finibus ſuis natalibus contenta. Quid vicini facerent: minime
erat ſolicita. Eſſet ne aliud quicqꝫ ſub celo: necne pꝛeter id quod pedibꝰ terebãt: ha-
ud quaqꝫ ſciebat. Eſt vero cuba ab oꝛiente in occidentẽ non bꝛeuioꝛ hiſpaniola: lata

vero a ſeptetrione in meridiem contra eoꝝ pꝛioꝛẽ opinionem multo minus. Eſt an- alia iſula au-
guſtiſſima ſi longitudinem reſpexeris: terra ferax maioꝛi ex parte atqꝫ amena: ſed au rifera.
ro non abundat. Ab oꝛiente nõ longe ab hiſpaniola iacet inſula: dimidio ⁊ amplꝰ
minoꝛ hiſpaniola ſancti ioãnis noĩe a nr̃is inſignita. Quadꝛata fere. In hac aurifo
dinas eſſe ditiſſimas repiunt: ſed intenti nunc aurifodinis hiſpaniole: nondum opifi
ces in eam inſulam deſtinarũt: parare tamẽ paulatim ſeſe ad id incipiũt: Hiſpanio-
le vero pꝛouentus reliqui. poſthabentur omnes: omniſqꝫ ad auꝝ legẽdũ cura eſt di
recta: cui opificio oꝛdo eſt datus huiuſcemodi. Cuiqꝫ viro induſtrio qui alicuiꝰ mo oꝛdo datur
menti ſit vnus aut plures cacichi ideſt reguli cũ ſuis quiſqꝫ accolis aſſignant. Ca
cichus certis anni tempoꝛibus ex federe cum accolaꝝ turma venit ad eius: cui additꝰ
eſt auri fodinã. ibi inſtrumẽta illis foſſoꝛia aſſignãtur. Statutũqꝫ eſt cacicho ⁊ acco
lis pꝛemiũ laboꝛis certum vltra alimẽta. Diſcedentibus nãqꝫ ex aurifodinis ad ſe-
mentes: quibus ſuis tẽpoꝛibꝰ inuigilant: ne deſint alimenta: repoꝛtant thoꝛacẽ vnꝰ
interioꝛem textã alius: alius ſagulũ aut pileum: his nãqꝫ iam delectant: nec vltra nu
di incedunt: ita ⁊ auro ⁊ agriculture incolarum haud aliter ac ſeruoꝝ opera: intẽdũt
ferunt iniquo animo iuguꝫ: aſt ferunt. Tempoꝛe quo accerſuntur a cacichis eoꝝ re
gulis veluti a centurionibꝰ milites: aut calones: incole (ſi queũt) ad ſiluas ⁊ montes
euadunt multi. Contenti eo tẽpoꝛe ſilueſtribus cibis latitantes: ne laboꝛem illũ ſub
eant dociles vero ſunt: pꝛiſcoꝝ rituũ penitus obliti: pie credunt ⁊ recitãt que de nr̃a
fide edocentur. Reguloꝛum filios erudiunt domi pꝛimarij ex nr̃is: lr̃aſqꝫ (aſt vulga ſunt dociles
res) ⁊ vrbanos moꝛes facile pueri ebibunt. Grandeuos ad natalis mittunt: ſi pꝛeci
pue patres interierint: gubernatũ auitos accolas. Hi iam fide valẽt in chꝛiſtuꝫ ⁊ no
ſtros. Incolaſqꝫ ſuos in amoꝛe retinent: ac blandis ſuaſionibꝰ hilares ducũt ad au
rifodinas: que duabus in regionibus inſule iacent. Ad milliare circiter trigeſimum
ab vrbe dominica Sancti Chꝛiſtophoꝛi dicta vna. ad miliare vero circiter nona-
geſimum altera que dicitur cibaua. vbi poꝛtus regalis. magni tractus ſunt he regi- vbi confla-
ones. Ubi paſſim ſuperficialiter interdum: alicubi inter ſaxa globi aut lamine repe- tur aurum.
riũtur auree. minute interdum: pleriſqꝫ in locis magni ponderis. Tricentoꝛum pon
do globi interdum amplius. Aſt vnus repertus fuit triuꝫ milium tricentoꝛum decẽ
auri pondo. Qui vti aliquando audiſti: ĩteger ad reges ferebatur ĩ ea naui qua boa
dilla gubernatoꝛ in hiſpaniã redibat ⁊ pꝛe nimio gentium ⁊ auri pondere: ſũmerſa
interijt: cum his qui inerant omnibus. globum eum mille amplius hominũ viderũt
atqꝫ attrectarũt. Pondo autẽ ducati aurei ⁊ trientis ſummã libꝛat ⁊ vocant ipſi pe
ſum ſummaqꝫ ponderis eius caſtellanũ aureuꝫ appellatis hiſpani. Quicquid auri
effoditur in montibus cibanis: ⁊ poꝛtu regali: ad conceptionem oppidũ ita appella
tum fertur: ibi officine parate aurum ſuſcipiũt ſoluunt ⁊ conflant in vectes. Dantqꝫ
(accepta parte regia q̃ eſt quinta) cuiqꝫ poꝛtionem quã attulit ex ſuo laboꝛe. Id ve
ro auri quod in regionem ſancti chꝛiſtophoꝛi legitur ad officinas oppidi bonauẽtu-
re affertur. Supꝛa tercentum milia auri pondo quotãnis in duabus officinis cõfla
tur. Si quis fraudaſſe detinendo: quin magiſtratibus regijs ad ſignetur: Quic-
qd auri reperit lege mulctatur. Incidũt inter eos ſepe cõtẽtiões q̃s niſi potis ſit iſu
laris magiſtratus ſedare: per appellationem ad curie ſenatum lis defertur. A cuius
ſentencia non licet in omnibus caſtelle regnis retrocedere aut diuertere. Sunt au-
tem noſtra etate ſenatores inſignes viri nobiles omnes ex ſanguine nitido: quos eſt
conſilium eo oꝛdine hinc nominatim: inſerere quod rebus dubijs iudicaturi ſedent

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

qui ſenatores regij noſtro tẽpore

inſenatũ. Primã ſedem ſibi legit Joãnes a ſilua comes cifonte⁹ regius magnus ve
xillifer tibi affinis. Ingenio ꝑmas vir catoniano, qui neqꝫ ſibi ipſi aut filijs (ſi deli
querent) didicit ignoſcere: vita integerrim⁹ litterarꝫ ⁊ ipſe cultor. Princeps hic ſena
tus eſt. Uos pſidentẽ dicitis. Ceteri huic aſtant ordine quẽ tẽpus iſtituit: qui nãqꝫ
ꝑor ad ſenatũ accitus fuit: hic prior ſedet. Doctores oẽs aut deſignati aut inſignib⁹
decorati (deſignatos aũt vocat hiſpanũ ydioma licenciatos) ex iure cõſultis regno-
rũ delecti omnes. pſidenti aſſidet veteranus noĩe petrus cognomẽto oropeſa: ſequit
hunc Ludouic⁹ nomĩe çapata: ab hoc habet locũ fernandus cognomẽto tellus: qr-
tã ſibi ſedem habet garſias cognomẽto moxica: quinto ſedet loco laurentius cogno
mento Carauaial: aſtat huius lateri toribius cognomẽto ſantiago: ſequit Joannes
lopez palacios ruuios: de hinc ludouic⁹ cognomẽto polanco: ab hoc ſedẽ tenet frã
ciſcus cognomẽto vargas qui vna eſt ⁊ regius theſaurari⁹: vltimas occupãt ſtatio
nes duo ſacris initiati ſoſa ⁊ cabrero iuris pontificij periti his non licet in criminali
vlla cauſa ſuffragari horꝫ omniũ humeris quicq̃d litis aut cõtentionis exoritur incũ
bit. ad nouas iã terras a qb⁹ digreſſi ſumus redeamus. Innũere ſunt: varie: fortuna
te. Nõ ſaturno: nõ herculi: nõ cuiqꝫ veterũ qui nouas oras q̃ritauerint ad cultũqꝫ
redegerint: nr̃i iuniores cedent hiſpani. proh qꝫ diſtentam poſteri chriſtianam vide-
bunt religionem: qꝫ late iam puagari hominibus licebit. Quid de hiſce rebus ſenti-
am nequeo lingua vel calamo vllo pacto promere. claudo igitur decadis perpendi-
cularem epylogum. Uale.




Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## ¶ Illuſtriſſimo ⁊ reuerendiſſimo diuo fran. xi menez archiepiſcopo toletano Cardinali ⁊ primati hiſpaniarum

VT dilucidius queant reuerendiſſime purpurate nr̄arꝫ nerei
dū(libellorū vtpote decadis occeanee) latebras (ſi q̄ iſint)
lectores intelligere: decadis ipſiꝰ calcem hac ſculpta ſtatui
tabella fulcire. Qui ſibi formare horum tractuū ſpeciem na
uigationemqꝫ in intellectu deſiderant: hunc ibi ordinē capi
ant. In extremo tabelle margine duas promontorias cuſpi
des inſpice: has hiſpanus vocat ſtrecho ď gibraltar: latina
lingua fretum herculeum. In leuam ſi te indecōuerteris ſe
ptem veluti ſcopulos videbis: he ſunt canarie inſule apđ la
tinos fortunate: licet non deſint qui alias ſentiant. e fortunatis recta itur ad occiden
tem ⁊ ad hiſpaniolam de qua pregnantes ſunt nr̄i libelli. Quadrata ea que hiſpa-
niole ab oriente vicina eſt: ſant ioānem appellant. De hac late (quia eſt aurifera) in
epilogo perpendiculari. ab inſulis autem fortunatis leuorſum tractum diſcurre illū
flexibilem: infinitū: variū. Is eſt de quo multa: vbi os draconis: paria: curiana: cau
chiet: cuquibachoa: vraua: beragua ⁊ relique prouintie ampliſſime quas continētē
putatum indicum diximus. ea vero tellus que ad occidētem hiſpaniole primū occu
rrit inſulis vndiqꝫ (veluti feta pullis gallina) circumuallata: cuba eſt ingens inſula.
A leua vtriqꝫ adiacet a nobis ſatis trita iamaica. Ad ſeptentrionē vero miras eti-
am terras miroſqꝫ tractus repererūt quorū veſtigia cerne dextrorſuꝫ ſculpta. Ca
nibalicas autē iſulas ⁊ archipelagus atqꝫ alia multa que adiacēt medie pretermiſ-
ſi: ne tabellam confunderem. Hec ⁊ cetera libelli aperient ergo vale ſplendidiſſime
purpurate ⁊ nos qui excellentiam tuam obſeruamꝰ ⁊ colimus diligito.

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

Impitia calcographorū qui latinā minime callent linguā: fecit vt mihi parū ꝓfue
rit exemplar illis horū amici vatis operū correctū ꝓbuiſſe: carent enī diphtongis ⁊
pleriſqꝫ in locis p̄ter orthographiā errata repi nō pauca. e quibus hec (quia ſenten
tias peruertunt) fuit animꝰ colligere.

A

Folio. A. ſecūdo. linea. xiij. lege oſtederē. vltima eiuſdē plane tolleqꝫ. verſo folio. x.
linea pone verborūqꝫ. A. iij. ſecūda pagina linea. xxvij. lege quiſq̄ꝫ. linea. xxx. lege
ſoldanū. linea ante penultima lege. poſſe nō poſſet. A. iiij. li. p̄ma lege qꝫ vbi eſt vt.
linea. iij. lege tibi nō ibi. linea. xiij. adde qui poſt diē. li. xxiiij. lege manu. eadem linea
obſcuro. ſecūda pagina. linea. xiiij. afine lege vrgerentur. ante penultima lege ſecus
atqꝫ. Sequēti folio. linea. xvj. lege e publicis. Secundo libro linea. xiij. lege ingenti
non tugenti. linea. xiiij. lege a duobus. folio. vij. linea ſexta lege robore vbi rubore.
xxvij. lege ſculpta nō exſcripta. Ibidē lege iadertina non iaertina. verſo fo. linea. ix.
a fine lege veneti non viniti. linea. vj. a fine tolle. m. de in inſula ⁊ lege q̄ nō qui: folio
viij. linea. x. afine lege dimetiuntur.

B.

¶ Folio. B. i. li. xvj. lege cuiq̄ꝫ. a fine. linea. iiij. lege tractaret. verſo folio. a fine linea
xiiij. lege. e. mōtibus. paulo inferius lege nūc non hunc. b. ij. linea. xxviij. lege hāc ca
rras appellant inferius linea. xxxiiij. lege ſint alia ſequenti linea lege maria. linea. xl
lege incenſus ⁊ craſtina ⁊ ad ſe ducat. verſo. fo. li. xxiij. lege enim. B. iij. linea. v. lege
mamaluchorꝫ. li. xxij. lege cenſi nō conſiti. xxviij. li. lege. rhinocerotici. verſo. fo. linea
xxvj. lege ſyrie. xxviij. quō nō quo. xxxij. lege oſtēderent. B. iiij. linea. xx. lege ille. nō
illi. linea. xxxiij. lege duo de viginti. linea. iiij. a fine lege. ſint vbi ſit. verſo folio linea.
xij. a fine lege ardentius nō ardentiū. paulo inferiꝰ pone viri iter bracchate ⁊ nudis
In fine pagine dic ingeniū. fo. v. li. xvij. lege nobili. verſo. fo. li. xij. adoleſcentis. fo.
vj. vitta. vbi vita. li. xij. a fine lege naffaca. fo. vij. linea. xix. lege vt p̄ regie. verſo. fo.
li. ix. lege maris non mauri. li. xxiiij. ſuperat. fo. viij. li. xx. lege ſatis ne. nō me. li. xl. lege
fata non facta. verte foliū ac vltima linea lege maurorū.

C.

Fo. C. j. linea. xxxj. lege exſolutus ꝑ exſolutis. alia plana circa medium condiderit
non conderit linea. x. ꝓpe finem lege qua nō quas. linea. iij. a fine dic ſtructura. folio
ij. circa finem. li. xiij. lege moreretur. Alia plana lege lactabat non ablactabat. Fo-
lio. iij. linea. x. lege recipit nō recepit. prope finem exitium: non exitum. In vltima q̄-
ternionis plana pone de poſt fuiſſe. circa finem lege credere non crederem.

D.

¶ Folio. d. i. in principio decadis dic viride nō vidide. ⁊ perazia non peraria. fo. ij.
emulantur non emalant. linea. xxxvj. lege conciſis ⁊ paulo inferius inquirerent. fo.
iij. linea. j. lege interroganti non aliter. eiuſdem fo. pag. ij. li. xviij. a fine dic ſagittis.
folio. v. li. xiiij. a fine lege ex altis. libro. iij. linea. x. lege inſulam. in fine pagine pone
poſt flumina ⁊. verſo fo. vij. li. xvj. lege minime. linea. xxv. lege vltra. circa finem hu
ius quaterni. li. xxxvj. lege vitibus non viti.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E.

¶ Folio.e.i.linea.ix.poſt incolarum lege eſſent.alia linea pone per ante eos.pagina.ij.fo.iij.circa medium lege bombice.ab hac:linea.vj.dic propterea non preterea circa finē folij.vj.lege puntam non putant.vltina plana huius q̄terni.linea.xiij.pone:q̄.ante vt.x.etiā:linea afine proſilire

F.

¶ Fo.f.i.linea.i.pagine.ij.lege ꝙ vbi eſt qꝫ.linea.xiij.afine ꝯflictati nō aliter.fo.iij.li.xiiij.dic os non eos.libro.x.linea.iij.lege colere non colore.folio.vj.li.xiiij.afine lege timpani non inpanit.linea vltima deducit atqꝫ non aliter.fo.vij.li.iij.lege ob id augurantes.linea.xvij.tolle ſeſe.in epilogo.linea.vij.lege haberem in ꝑma ꝑſona.linea penultima eiuſdē pagine tolle.a.poſt regina.fo.viij.linea.x.lege addictus linea xxxiiij.lege ſummā.linea.xxxviij.lege regione vltima linea huius pagine lege hic nō hinc eadem linea lege(quo de)non qđ.verſo folio linea.i.lege in ſenatu.

¶ Ad reuerēdiſſimū diuū Frācſcū ximenum.S.Romane eccleſie.Cardinaleꝫ ꝑmatēqꝫ hiſpaniarū archiepiſcopū Toletanū ꝑfatio in ianum.

SOlent firmiſſime nr̄e fidei cardo.cuiuſcūqꝫ generis homines:qui nō obliq̄ ſapiāt:quō ſibi quē piā ſue militie patronū aut ſortiti ſint aut elegerit:q̄ duce fluctuātes(veluti naute per urſam) ad tutū aliquē portum ꝑducātur:ꝯtinuis ſemꝑ ꝓ cuiuſqꝫ fortuna muneribus ſalutare.Nec meo iudicio ad vnguē is ſibi ꝯſuluiſe videbiť:q̄ ſolū quid ipſe ex ſuo penu q̄at exhaurire librauerit:dimidio nāqꝫ is officio ꝑfungeť:ſed his rite exiſtimabiť ſatiſfeciſſe:qui vires ſuas dimēſus:an offerendū mun⁹ recipientis guſtui ſit accōmodatū:aīaduerterit.Nauſeā eni poti⁹ qꝫ oblectamentum:q̄ min⁹ iſta diligēter ꝯſiderauerit in ei⁹ ſtomacho cui ſe gratū obſequiū ꝑſtare arbitrabiť:generabit.Qua ꝓpter purpurate ꝑnceps(quom te mihi occeani fluctib⁹ agitato tanquā mee ꝑigrinationis ſidus in eccleſiaſtica militia patronū elegeri) mecū ſepe ꝯſiderāti q̄bus te poſſē(ne mei nominis memoria de tuo ſacro pectore detrudať)donis obire:venit in mētē nullas tuo īgenio dapes exhiberi poſſe ſuauiores qꝫ nouarū rerū aliq̄ ſemꝑ illud elucubratione depaſcere.Propterea accipito maximū inter hiſpanos litteratoꝝ refugiū quod ex algēti officina nr̄a nuꝑ decuſſū ꝓdijt poema Libuit eni plectrū apollineū quod iā in abditū ꝓiectū ſitu atqꝫ rubigine cooꝑtū ſemiputruerat reſummere:atqꝫ iterū aliquantiſꝑ vt amicis de me bene merētib⁹ hac in re morē gererē inſanire.Sed vt lenius ſapientiſſime ꝑnceps ꝑ hec breuis agelli nr̄i iugera perſpicacis ingenij tui poſſis habenas ſoluere:q̄d mihi phebeū ſpiritum per hāc heroam ſiluā excuſſerit.intelligito.

## ¶ Argumentum.

PRimus ianuarij dies āni ſexti ⁊ quīgētesſimi ſupra milleſſimū hiſpano more te preſente tauris ⁊ harundinib⁹ ob ꝯcordiā inter reges ſocerū ac generū edicēdā ſalmātice letificať.iuuenibus permixti ſenes:et prudētib⁹ inſulſi leuia exercēt.Seuiť in ianū.Reſpōdet debuiſſe etiā mortuos reuiuiſcere.imīnēs chriſtiane religioni:ex eoꝝ diſcordia periculū oſtēdit.Laudanť Heliſabeth ⁊ Ferdinand⁹ ⁊ Philipp⁹ reges.cōfecte pacis honos maximiliani legato quē eo die rex equeſtri ordine inſigniuit ceteris in diuerſa ſtudia ſvtriqꝫ adnitētib⁹:latenť impendiť.Vale lux hiſpaniarum.

## ¶ Aelij antonij nebriſenſis argumētū latius in ianum.P.Martyris Angli meliolanēſis.Proto.Regij ſenatoris.

HAbes cādide lector ex eiuſdē vatis epiſtola ad Car.poematis argumētū:ſꝫ arcti⁹ qꝫ forte velis:aperti⁹ igiť illud a me(qui viua ipſi⁹ voce rē ſepius ꝑcepi) accipito.Poſt diue Heliſabeth regine interitū neminē latet qui Joāne Philippo burgūdo flādrie comiti multarūqꝫ gētiū intra belgas dn̄o maximiliani regis romanoꝝ vnico in vxorē tradite regine nomē caſtelleqꝫ regna hereditario iure ceſſerit.Hic regis caſtelle appelationē(ꝙ ioāne regine vir eſſet) Philipp⁹ burgūd⁹ ſortit⁹:dotali ſibi iure deberi regnoꝝ gubernaculū aſſerebat.Fernād⁹ vero rex Joāne regine genitor qꝛ ex vxoris regnoꝝ dn̄e teſtamēto relictū fuiſſe ꝑpetuū adminiſtratorē(filia laborē recuſante) repiebať:regnorum habenas tenebat.Hic exorta eſt inter ſocerū Fernādū:et geneꝝ Philippum reges ꝯtētio.cedat ſocer:Philipp⁹ gener inſtabat.ꝯſultores iuuenē ſtimulabāt.res ſūmo in diſcrimine verſabať.maxima ex eoꝝ diſſidijs vniuerſe hiſpanie ꝑnicies expectabať.in diuerſa nāqꝫ ſtudia ꝓceres populiqꝫ tēdebāt.vt infra lector videbis.Quō igiť Fernādus rex ſalmātice ageret:a belgis allatū eſt fed⁹ iniſſe ambos:concordiqꝫ animo eſſe.Hinc quia vidit primo die ianuarij ſolemnia ludoſqꝫ varios inſtructos:cur iſta pararētur ſe ſcire vates diſſimulat.cūcta nāqꝫ ad leticiam pro ꝯcordie nuncio inſtruebanť.ianū q̄ apud antiquos pro deo colebať ob prudētiā:q̄ ianuario mēſi nomē dedit:alloquiť.vt magis atētos ad rē tantaꝫ faciat auditores:in ianū trib⁹ notis inuehiť.neqꝫ ſeni neqꝫ ſapiēti hoſce ludos cōuenire plurib⁹ circuitionib⁹ alludit:minimeqꝫ ianuario gelato mēſi ꝯgruere iſthec inſinuat.quātoqꝫ magis poeta redargutionē exaggerat:tāto maioris eſſe momēti rē oſtēdit.qđ patebit in narratione.in preſentiaꝝ poematis exordia que miris contexta reperies artificijs aggrediamur.



Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

# ¶ P. M. angli mediolanēſis regij cōſi. prot. exordium in ianum.

(¶ Prima phlegoneo curru.) ordo eſt conſtructionis. prima dies grata iano vix fugarat letos crines luciferi: et vultuꝫ rubentē aurore cū curru phlegoneo ex axe: et vix mōſtrauerat vaſtū orbē populis: (phlegoneo curru.) intellige curru ſolari: nā phlegon vnꝰ eſt ex quattuor equis ſolis. in fabulis nāqꝫ ſolē ꝑ celi ſemitas curru vehi quē q̄ttuor equi trahūt: inuenies. equorum vero nomina ſunt pyrhoys: eous: phlegon et ethon: a phlegone igit̄ poſſeſſiuū formauit phlegoneū (fugarat a xe) a celo ꝑ ſinegdochen. (axis) vero linea eſt q̄ diametraliter a polo arctico tendit ad polū antarcticū: ſup qua celū voluit̄: veluti in cuiuſqꝫ currus rotis ꝯſpicere fas eſt ſuper axe nāqꝫ rotare illas cernimꝰ. (fugarat). i. obtenebrauerat (letos crines luciferi) hoc eſt alacres veneris radios crines nāqꝫ: ſolis lune ac ſtellarū radios poete appellāt: ⁊ ſole ſuꝑueniēte obſcurari ſidera extinguiqꝫ videntur veluti candele lumē face magna aſtāte (venꝰ) de ſeptem erraticis vna: tribus nominibus appellatur.

Prima phlegoneo curru vix axe fugarat
Luciferi letos crines: vultūqꝫ rubentem
Aurore: ⁊ vaſtum populis monſtrauerat orbem
Jano grata dies: celū terraſqꝫ repleri
Jngenti vocū ſtrepitu: ⁊ clāgore tubarum
Horrendo exhauſi: ſurgēs ſtrato ethera vidi
Jnſolito plauſu: ac ſtulta prurigine plena.
Talia quom reperi tam alieno tempore: ephebos
Cōmixtos ſenibus: petulanti ſoluere habenas
Cornipedum curſu: ſapientes ſūmere criſtas
Jn caput: obſtupui grauiter: de hinc motus: amice
Janum ego conueniens compello vocibus iſtis.

lucifer quippe dicit̄ quādo quibuſdā anni tēporibus. ſolē precedit: quaſi lumen ferēs. i. nūciās. Volūt tamē alij ꝑ ſe dici luciferuꝫ quia ſole ac luna ōmiſſis tāto lumine niteat vt ſolus vmbrā nocte ſtellata faciat: aſt a luce. i. a die quā ſurgēs prenunciat dictam ſatius eſt: quom nāqꝫ ſolem ꝓcedit ipſius ſolis ſemper eſt preuia. quādo vero ſolē ſubſequit̄ tendit tunc ſerius ad occidētē et heſperꝰ dicit̄. omni autē tēpore venꝰ appellat̄ (letā) autē vocat venerē vel ob ſui colorē: vel quia leta reddat: omnia eſt eni rorifiua: generatiōis in rebꝰ omnibꝰ amorē ac deſideriū excutit. (Vultūqꝫ rubentē aurore) repete vix prima dies ianuarij fugauerat vultū rubentē aurore. i. vix aurora diſceſſerat. aurora nāqꝫ ſimul cū ſtellis omnibꝰ fugari tunc videt̄ quom iā vltra nō appareāt. (Vultū) hic ponit pro aſpectu (rubentē) vero a ſui colore. tēpore nāqꝫ ſereno ex reflexione radiorū ſolis aduentātis ſupra orizontē rubore ſuffultus apparet aer. (Et vaſtū populis mōſtrauerat orbē.) repete ꝓma dies grata iano vix monſtrauerat vaſtum orbē populis obſcura nāqꝫ ſunt omnia populorū oculis nocte vigēte quom vero ſol ſuꝑuenit oſtēdere gentibꝰ orbē videtur (vaſtū) accipito pro magno (celū terraſqꝫ repleri) eſt hiperbole neqꝫ eni ſtrepitus illi audiri poterāt extra vrbē ipſam vbi illa exercebant̄ (Voces) ſunt hominū clāgor vero tubarū et huiuſcemodi īſtrumētorū. (Horrēdo) accipe pro ingēti (exhauſi). i. auribꝰ ebibi ⁊ ſuſcepi: (ſurgens ſtrato) ego poeta ꝓſiliens electo. (ether) eſt elementū ignis ſepe pro aere ponitur. (Jnſolito plauſu) inſolitū. n. eſt menſe ianuario ludos tales exercere quales infra dicemus (ac ſtulta) prurigine plena. i. petulātia et laſciuia indecenti reſpectu temporis ⁊ virorū ſenū atqꝫ alias ſapientū: vti infra videbis. (Prurigo) autē capit̄ in malā partē eſt nāqꝫ titillus quidā feruens in ſanguine aut ex libidine aut ex cōtagioſa ſcabie. (Talia quom ſenſi) ordo eſt ego vates quom ſenſi talia. i. tales ludos parari. (tam alieno tempore) q2 menſe ianuario (ephebos) iuuenculos et adoleſcentes (per mixtos ſenibus) quia etiā ſenes multi eo die pre leticia ſe exercuerūt. ephebos dico ꝯmixtos ſenibꝰ. (ſoluere habens). i. lora (cornipeduꝫ). i. equorum qui habēt pedes corneos (petulanti curſu). i. nimium ſoluto eſt nāqꝫ petulantia libertas quedā ſoluta in rebus agendis. (Criſta eſt) quod vulgo dicimus vernaculo ſermone pēnachiū. miratus ergo poeta noſter quom viderit ſapientes viros in caput ſumpſiſſe criſtas. quod eſt adoleſcentū laſciuientiū. aduerbiū amice (ianū ego cōueniens) cōuenire aliquē ē ad colloquū q̄rere atqꝫ adire.

Hanc quid inſanis? pede cur ſic compita pulſas?
Diue ſenex pudor eſt: pudor ingēs: albicat eia
Barba tibi: canetqꝫ caput: genibuſqꝫ recuruis
Crura labant concreta gelu: tua tempora ſordent
Rugoſa: et graciles gibbus tibi cōglobat armos
Non ſentis q̄ turpe ſeni iuuenilia rurſus
Officia induere: tremulos vibrare lacertos
Oſtentante manu raptam ſine viribus haſtam
Jn ſtadio aut toruos iaculis transfigere tauros
Hec turbe ſinito imberbi: rapideqꝫ iuuente.

(¶ Jane quid inſanis). i. o viri ſenes et prudentes quos ꝑ ianū intelligimꝰ cur leuia hec facitis neqꝫ. n. ſani videt̄ eſſe hominis choreis et equorum curſibꝰ ꝑ vias ⁊ taurorū iaculis intēdere: tali ꝓſertim tēpore quo ſe quiſqꝫ ſolet intra ſue domꝰ penetralia ſub accēſis caminis recipe: (cur ſic pede compita pulſas) pulſare pede cōpita eſt ꝑ plateas tripudijs et choreis ac ſaltationibꝰ intendere. nullū nāqꝫ leticie genꝰ eo die pretermiſſum eſt. cōpita platee dicunt̄ (diue ſenex) apoſtrophat ad ianū cuꝫ indignatiōe (pudor eſt pudor ingēs) pulchra et grata repetitio (albicat eia barba tibi) reddit rōnem quare pudor ſit pudēdū nāqꝫ ē viro iā cano iſtis incūbere puerilibꝰ. (albicat). i. canet: (genibuſqꝫ recuruis crura labāt) ſenibus nāqꝫ tremūt crura incuruanturqꝫ ad vterū genua (cōcreta gelu) dat rōnem quare crura tremore labāt ex caloris nāqꝫ naturalis deffectu ſanguis cōgelat̄ ac nerui ꝯtrahunt̄: q̄bꝰ reductis vires deſūt. (tua tēpora ſordēt) tēpora ſunt capitis lattera. (ſordēt) generaliter in ſenibꝰ viget ſitus quidā ⁊ mucor qui terre colorē emulat̄ ſuperadditis rugis. (gibbꝰ conglobat). i. amplificat ac tumefacit (armos). i. humeros tumeſcunt nāqꝫ ſenibꝰ humeri ex quo tumore gibbus creat̄. (Nō ſentis) o iane quā turpe ſeni ſuple ſit induere officia iuuenilia. i. ludos exercere iuueniles (tremulos vibrare lacertos) d̄clarat que ſint officia iuuenilia reijciēda a ſenibꝰ. ordo eſt ſinito turbe imberbi et rapide iuuētē hec. ſ. vibrare lacertos: figere in ſtadio toruos tauros: (iaculis eni) telis miſſilibus dicimꝰ nos garrochias: (manu oſtentāte raptū enſem ſine viribus) inſinuat imprudētiaꝫ nemo. n. aggredi conet̄ quicq̄ niſi ſe aptū eſſe ſenſerit ad id exercendum.

Ceruleus: glaucus ve color: vel hyantinus: iſtos
Contegat. in populos hi prata virentia portent.
Et complere vias bombis: fremituqꝫ tubarum
Ductilis ⁊ modulo ſambuce ſindere celum
Aprili martiqꝫ fero maioqꝫ decenti
Concedes: etiam inuitus: quibus aſtra dedere
Robur: ⁊ ardentes animos flauoſue capillos
Floribus ac varijs ſertis vincire roſarum
Jllos mite aſtrum geminorum ⁊ nobile tauri
Sidus iane iuuant: calidi et properantis ad augem
Phebei currus radij. capricornea bruma
Saturniqꝫ dies: ⁊ inutilis amphora cogunt
Te capite inflexo tetricas habitare cauernas:
Et nigros habitus ⁊ triſtia ſyrmata ferre:
Fabellas narrare. igni te ſemper adeſſe
Jane decet. mihi crede ſenex: latebroſa ſubito
Antra citus: velut vrſus hians in valle niuali.

(¶ Ceruleus glaucus ve color:) diuerſos etiam induere colores iuuenum eſt nō ſenū ceruleꝰ a colore cere eſt viridis ſemi obſcurus (glaucꝰ) a colore aque maris in medio mari quē dicimus azulū (hyantinꝰ) hyā dicit̄ flos a colore roſe dicimꝰ roſaceū vel moratū (cōtegat iſtos). i. iuuenes talibꝰ coloribus induant̄ (Jn populos hi prata virētia portent). i. cant ⁊ diſcurrāt ꝑ plateas effecti prata. i. varijs coloribus veſtiū coogti veluti prata varijs herbis ac floribꝰ ornata. (Et cōplere vias bōbis) nunc intēdit deſcribere leticiā ꝑ inſtrumēta muſice (implere vias bōbis) eſt vrbē ꝑ ambulare pulſando timpana nr̄o more que dicimꝰ atabales ⁊ eſt ꝓpria onomatopeia a ſono nāqꝫ ipſorū timpanorū captū eſt vocabulum (bombus) id nāqꝫ ꝓferrē videt̄ cū ꝑcutiunt̄ (ſindere celū) modulo. i. dulciſono (ductilis ſambuce) ideſt eo inſtrumento quod dicimꝰ ſachabuciū qđ ducēdo varios emittit ſonos immo et videt̄ aliquātiſper ſonitū habere latinum: vt a ſambuca ſachabuciuꝫ dictum ſit. licet pleriqꝫ contēdant ſambucam aliud eſſe (aprili martiqꝫ fero maioqꝫ) eſt ordo tu concedes etiā inuitꝰ iſta talia tuis fratribus o ianuari quia per eos mēſes quibus florent omnia quibus iā glacies ſoluūtur redeunt fugientes hiemē volucres. his dico menſibus qui per ſe leti ſunt: ſaliunt omnia exhilarantur omnia: propterea illis conuenit ꝓſilere. i. eo tempore choreas ⁊ ſaltationes exercere (aprilis ab aperiendo dicitur q̄a tunc terra ad omne germen procreādum emittendū aperitur. martem vocat ferum tum quia dicitur a marte bellico vel quia menſe martio quom ſit ex piſcibus ⁊ ariete mutabilis ex inſperato perturbationes varie in aere exoriantur maiū vero qui a maioribus dicitur vocat decentē propter varias virentes herbas ac variam florum ⁊ roſarum alacritatem (Quibus aſtra dedere) declarat cauſaꝫ quare ſint iſti menſes ianuario placidiores menſe nanqꝫ martio aprili et maio ſol graditur per hec ſigna que nominat circiter nāqꝫ idus aprilis ſol taurum ingreditur maij autem geminos (aſtra dedere robur ⁊ ardētes animos) iſtis menſibus. i. in amorem coitus ad generationem cuncta que ſub celo ſunt his menſibus reuiuiſcunt. arbores nāqꝫ folia floreſqꝫ producunt. herbe pullulant. homines ac cetera demū animalia liberius prodeunt (Vincire). i. ligare flauos capillos floribus ac varijs ſertis (roſarum) dicit quia his mēſibus pueros ⁊ puellas prata hortoſqꝫ antie queritare indeqꝫ ſeptis flauis capillis ſuis roſis ⁊ floribus manipuliſqꝫ odoratis cantando domum redire ad veſperam: quotquot ānis cernimꝰ. quod ⁊ nos cū pueri eſſemus optabamus (aſtrum geminorum) quod ſignum maio menſe circiter medio ingreditur ſol (vocat mite) quoniam tunc blandi ſoles tunc iam frigus abſceſſit neqꝫ viget calor intenſus eſt hoc ſignum de natura aeris calidum et humidum (vocat ſignum tauri nobile) vel ꝓpter animū nobilem tauri animalis quod nomine ſignum repreſentat vel quoniam ipſum ſol perambulat nobiliſſimo tempore a dimidio nāqꝫ aprili vel circiter ad tantūdem maij hoc ſignum eſt taurus de natura terre frigidum ſiccum (calidi ⁊ properantis ad augem) ordo eſt ⁊ radij calidi phebei currus ꝓperātis ab augem etiam iuuant illos menſes ad augmentū nāqꝫ ſuum tunc ſol properat ⁊ diem nobis ꝓducere laborat. eſt aux punctus in ſpera dictus ab augendo ⁊ aux ſolis eſt ipſius ſūmum augmentum pro tempore mutatur (calidi radij ſolis) excutiunt omnē torporem frigus vero cūcta includit ⁊ obnubilat. ſunt autem calidi ab effectu per repercuſſioneꝫ non in ſeipſis quia extra elementa non cadit paſſio in ſuperioribus. idem dicitur de reliquis ſyderibus (capricornea bruma) adaptat comparationem veluti nāqꝫ ex longitudine dierum ⁊ plando illorum quos diximus menſium calore omnia expergeſiunt ⁊ exhylarantur ita ex ianuarij dierum breuitate ⁊ concreto frigore omnia conſtringuntur ⁊ merore replentur o dioſo (capricornus) ſignum eſt quod ſol aggreditur circiter idus decembris tangitqꝫ Januarium a capite vſqꝫ ad idus ipſius vel ferre ⁊ eſt tunc maior bruma ideſt dierum breuitas: ſole nāqꝫ capricornum captante ſolſticium efficitur hibernum vnde ſunt hec duo carmina ſolſticia ⁊ equinoctia notantia. hec duo ſolſticia faciunt cancer capricornus ſed noctes equant aries ⁊ libra diebus (Saturniqꝫ dies) illos nāqꝫ dies romani ſaturnales appellāt quibus ad tollendam ex animis hominum conceptam ex longiſſimis noctium tenebris ⁊ frigore meſticiam iocari ac ludere conuiuariqꝫ liberius licebat ⁊ quia ſaturni torporem grauedinēqꝫ illi dies emulantur ſatnrni ſunt dicti (innutilis amphora) aquarij ſignum amphora eſt inutilem autem vocat quia quo tempore ſol aquacio pergit nil producit concteta namqꝫ ſunt omnia ⁊ id ſignum ſol percurrit ab idibus ianuarij vel circiter ad tantundem februarij (cognnt te) o iane iſta ſigna que te circumeunt ⁊ cōgelāt habitare (tetricas cauernas) ideſt loca obſcura ⁊ clauſa (flexo capite) ideſt reducto nos nāqꝫ vrgente frigore ita perſtringimus vt breuiora videamur habere colla caputqꝫ obductius (et ferre nigros habitꝰ) non veſtes verſicolores (et triſtia ſirmata) ideſt veſtes pullatas ab effectu triſtes (et ſirma) veſtis tragica longa pullata noſtro more luteam abollam vocamus (fabellas narrare) propria ſunt hec ſenū hiberno preſertim tempore ſub caminis vt pote ad moto igni iunioribus que ipſi iuuenes egerint recitare. multaqꝫ etiam mendatia miſerere non deſinūt relatu digna natura nāqꝫ dicaces ſunt ſeneſcentes omnes (mihi crede) ſeuit acriter inſenes qui eo die inſanierunt comparatqꝫ illos vrſo qui donec niuibus terram ſentit eſſe coopertam nunq̄ exit eſpeculis.



Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

(Calculus in dextra)mos eſt ſenū calculorum ſerta ſemper in manibus habere dicimus noſtro ydiomate ſarta de cuē- tas(crepitare)dicit quia quando decidunt vnus calculus in alterum inuicem crepant(non lancea)quod eſt iuuenum (non is mucro) .ſ. crepitet (nec in leua clepeus tibi)oberret.i.errando rotetur clipeus pictus eſt quem nos vocamus adarga quam depictam atergo multi ferunt ſanas ideſt ſubſanationes ideſt niſi vis derideri ab hominibus(rinocerothe as) rinoceros eſt animal habens vnicū in fronte cornu ⁊ ferociſſimum ſed ridiculam extorſionem naſi ad irridendum vocat martialis rinocerothem(rinocerotcas)ideſt niſi vis ab hominib⁹ derrideri(Janus adhec)auditis que iano poe ta exprobrauerat ianus reſpondet non debere quemq̄ mirare ꝙ hec ſenes faciant quia etiam mortuis ſi fas eſſet reui- uiſcere liceret huiuſcemodi agere (dixti) pro dixiſti(martyr)nomen proprium poete pre nomen namq̄ ipſius eſt petr⁹ cognomē anglus a genere ſuo quod eſt ab an- gleria in mediolano in inſubrib⁹(haud equi- dem).i.non ego negabo quidē eſſe vera vt po- te(Ludere harundinib⁹)hic ludus eſt troicus quē Eneas apud virgiliū in ſicilia dicitur exer cuiſſe(Tauros ꝓducere)paucis in locis audi- ui tauros produci in populū iaculādos noſtro more(veſtes tam varias)vt nūc ſumpſim⁹(re- boantia timpana)epylog⁹ eſt ſuperiorū (Ple- ctro)plectrū hic ponit pro virgulto quo ꝑcuci tur timpani membrana (Reboantia) veluti bombus ita ⁊ reboare dictū a ſono ipſi⁹ timpa ni vnde participiū hoc reboans (⁊ loris vicos implere)ſolutis ideſt vias omnes vrbis diſcur- rrere equorum curſu acriter agitato hic eſt da- tum illud nr̄o ydiomati correr a rienda ſuelta. Lara nāq̄ dicimus riēdas(Vibrare aſtas)ex- cutere lacertoſ capta lancea(iuuenū eſt ea gl̄ia) vocat martiū aprilē ⁊ maiū ſupra nominatos fratres ſuos iuuenes quoniā illis menſib⁹ om nia reuireſcunt ac reuenīſcūt. fratres vero dicit menſes veluti ianuari⁹ ipſe eſt mēſis (ſed cauſa mouens)vult reddere rationē ianus quare iſta ſenes viriq̄ prudentes quos ꝑ ianum intelligi mus effecerint temporeq̄ tam alieno ab huiuſ cemodi ludis leuibus que tria carpit poeta di- cit igitur aduerte o martyr quid cauſe nos mo- uerit vt iſta nos ⁊ tali tempore tractauerimus eſt namq̄ a deo vrgens cauſa ꝙ nō ſolū ſenes ⁊ prudentes iure merito pre gaudio inſanierunt verū ⁊ mortuis ⁊ poſſent licuiſſet nuſq̄ mirabere.i.minime miraberis ſi nos ſenes ⁊ prudentes intellige(hec facimus)ſaltationes ⁊ iuueniles ludos exercuim⁹(ſtupefacta imo tibi).i.ſtupebis ⁊ admirabere cur non reſurgāt ex acheronteis ripis.i.ex morte ⁊ ſepulchris (magna amina) intellige defunctorū ache- ronteis tangit fabulā antiquoꝝ qui finxerunt quinq̄ eſſe flumina que migrātes anime ex hoc carcere corporeo traijcere inquiunt vt inde ad tartarū ad ſcelerū poenas vel ad heliſios campos ad benefactorum premiū a diuerſis ſpiritibus di rigant᷑ flumina vero ſunt ſtyx acheron lete cocit⁹ cū flegetonte horum ſtix odiū ſignat acherom triſticiā:lethe obliuio nem:cocitus luctū phlegetō ardorē charō hinc animarū traiectioni nanita legit᷑ eſſe ꝓpoſit⁹ lege iſta lati⁹ apud virgiliū um ſexto eneidos nos aūt ad ſenſum nr̄i opus deueniamus eſt mirandū cur nō reſurgāt e ſepulchris mortui etiam ꝓ- hibente multiplici cuſtode.i.cerbero cane tria guttura quibus animas omnes deuorat patētia habēte:quom autē di- cit ꝓhibente cuſtode videt᷑ extollere magnifacereq̄ rē quādo nāq̄ graue aliq̄d exponim⁹ vtimur his circūloquijs vt etiā illis innitis quib⁹ licet obſtare ne rem aliquā aggrediamur(Quom ꝑmū) vidiſti cādide lector lōgis latiſq̄ circui tionib⁹ exordiū ingēs cōſtructū eſt igit᷑ opus vt capiti mēbra cōueniāt nec chimerā cōpoſuiſſe videat᷑ poeta. ꝓponit er- go in hoc narrationis ſue initio : quid hoc cauſe fuerit(iano ipſo recitāte)quo mire pauciſſimiſq̄ verbis nr̄a illa illa di co regina laudat᷑ q̄ in regio ſceptro nullā habuiſſe vnquā parē cōperim⁹:animi nāq̄ magnitudine ⁊ ꝯſtātia ſup foemi- nam maximos viros equauit.pudore vero ⁊ caſtitate vti omnes nouim⁹ enituit.merito igit᷑ poeta noſter mirādā vo- cat eliſabeth orbis lucē(heliſabeth)erit indeclinabile poteris ⁊ heliſabetha dicere ſi placuerit aut ſi verſus exegerit in ꝓ prijs namq̄ locorum aut virorum nominibus que preſertim noua ſunt liberius vagari fas eſt.eſt autem ordo (quom primum)illa regina mirauda Heliſabet:lux orbis:impoſita eſt triſti pheretro.i.funerali lectica hoc eſt vbi mortua eſt (omnis gens)recutita indurata graui veterno ideſt omnes anime illorum qui preputijs carent obſtinate ac peruicaces ⁊ dure ceruicis(ſeu bello victa decenni)hoc dicit ꝓpter mauros granatenſes quos decennio Fernand⁹ ⁊ Heliſabeth noſtri reges pari fortitudine domuerunt ac profligarunt(vulcano ſeu rapta)ideſt combuſta.d hereticis eſt ſermo.quo rum infinitus numerus igni conſumptus eſt.

Calculus in dextra crepitet non lancea non is
Mucro nec in leua clipeus tibi pictus oberret
Rinocerotheas niſi vis tibi ſuggere ſannas
Janus ad hec.non corde fero non concitus ira
Que dixti haud equidem martyr vera eſſe negabo:
Ludere harundinibus:tauros producere:veſtes
Sūmere tam varias:reboantia timpana plectro
Concutere:⁊ loris vicos implere ſolutis
Ac vibrare haſtas:iuuenum eſt ea gloria fratrum
Noſtrorum:ſed cauſa mouens ſit quanta videto.
Quam bene quom noris nuſq̄ mirabere:ſi nos
Hec facimus:ſtupefacta immo tibi pectora fient
Ex acheronteis ſi non magna agmina ripis
(Multiplici prohibente etiam cuſtode)reſurgant.
Ut cantent alacres himnos ducent ve choreas.
Quom primum lux illa orbis regina pheretro
Impoſita eſt triſti miranda heliſabeth:omnis
Gens recutita domos quecūq̄ perambulat atras:
Conuolat in preceps:ſeu bello victa decenni:
Vulcano ſeu rapta graui indurata veterno:

(⁊ que maiorum ne fedet ſabbata).i. gens mere iudaica que ſabbatum celebrat ex precepto veteris legis (mauult ꝑfer- re).i.magis vult natale ſolū relinq̄re ⁊ alienas terras extorris queritare(conuoluūt tartara)eſt ſenſus recutiti.i. circun ciſi quos diximus perturbant infernas domos q̄ ſub tartari nomine intelliguntur (regē infernū ſtimulāt).i. incitāt plutonem quem nos luciferū appellam⁹ demoniorum ꝑncipem (preponūt grādia lucra) ex hac diſcordia (innumeras animas)eſt appoſitio nullū nāq̄ aliud ſibi lucrū maligni ſpiritus affectant quā animarū que illos in pene partē comi tentur(cladem ſtragēq̄)eſt ordo oſtendunt recutiti affore cladem ⁊ ſtragem paratam ſi mentem excuciat ⁊ vigilet pa- rumper ipſe pluto ideſt ſi dederit operam ſua induſtria ne conueniant:ſint ve concordes ambo reges:ſocer ⁊ gener (fer- ro atq̄ igni)minātur ideſt minas inſerendo prenūciant ruitura mandata chriſti tonātis ideſt finem habiturum quic- quid chriſtus preceperit obſeruanduē iudicant ⁊ plutonem monent ⁊ ſuo deſiderio (tonantē) vocat chriſtum ideſt vere deum quia nulli da- tum eſt tonitrua mouere preterq̄ ipſi deo.licet ex martis ⁊ ſaturni aſpectibus cum alijs plane- tis iuxta ſignorum naturas in quibus peram- bulant tonitrua fulgura pluuiaſq̄ ac motus reliquos agi videamus deo tamen id eſſe pro- prium dicimus quia inſit planetis ac ſignis a deo data illa poteſtas(ſeditiōe iſta) ideſt ex iſta diſcordia(hinc caueat)monent plutonem recu titi ne labi permutat occaſionem hanc que ſe- ſe offert (ſors felix) felicem vocat ſortem adeſ- ſe ex hanc diſſenſione ac celi voluntatem eſſe di cit vt interſit hec ſi multas quia nil emergit qd non prodeat a mente diuina: vel permittendo ſiderum varios effectus:vel concedendo:vt lar- gendo aut puniendo . ⁊ propterea dicit poeta celi voluntas videtur hoc offerri quia celi vo- luntas.i.ſiderum influxus poſſunt mutari : dei autē minime(euadat)proprio viſus eſt vocabu lo que namq̄ timemus perdere euaſa dicunt᷑: ſi amittant᷑ (occaſio)ordo eſt recutiti ſuadent ⁊ orant vt pluto meditetur quid nam ferat oc- caſio vertens terga:fert namq̄ ſummum dolo rem ac penitentiam animis occaſio rei alicui⁹ quam effici optaremus. ꝓpterea depinguitur occaſio capillata a fronte et calua ab occipite. quia ſi ex noſtra negligentiam rem cōmodam amittimus que ſe nobis obtulerit : ſero reddit ad nos eadem ſors (Quod niſi maturo) ꝓpo- nit recutitorum orator plutoni ex eorum diſcor dia quid ſibi lucrifacturus ſit quid ne amiſur⁹ ex concordia ⁊ ſic orditur (clamant recutiti) .i. clamando preponunt iu ra plutōis breui deperitura ⁊ reges potentes qui celebrant venerem ideſt qui diem veneri ſignatum obſeruāt ⁊ mabo- metica iuſſa ſecuntur cathathoſiopomenon eſt.declarat qui ſint qui celebrant venerē ſunt namq̄ idem qui mahome- tem co unt(intra aſie fines amplos lybieq̄ furentis) propter regē turcharum ⁊ ſoldanum babilonicū.hoc enim inquit Soldanus Babilonicus quippe in Affrica totam egyptum citra vltraq̄ Nilum poſſidet in Aſia vero quam Nilus ipſe dirimit ab affrica Paleſtinam vniuerſam:ſiriamq̄ ꝓuintias turcharum vero rex in aſia minorē aſiā multaſq̄ pro uintias reliquas obtinet(Plutonia iura).i.omniū xp̄o aduerſantiū animas q̄ plutoni ſunt aſſignate(redituraq̄ vt an te)thracia theſſalia ⁊ archadia prouintie ſunt in europa citra helleſpontum ⁊ per has grecia partes : vniuerſam notat greciam:q̄ a quinquagita ānis citra ex xp̄ianorum incuria ad turcharū manus deuenit:inſinuat igitur futurū vt rede- at vniuerſa grecia in chriſtianorum poteſtatem ſi conuenerint hi duo(Ad priſcā chriſti lege)dicit priſcā quia ſub ditio ne chriſtiana prius fuere quā turcharū(nam fera cōueniāt)reddit rōnem quare dixerit fore vt ex leges ꝓſternet᷑ ex eorū concordia ⁊ eſt ordo tractus per longum hyperbatō(nā plectemur ſeuo verbere)ſi hec duo fulgura.ſ.bellator Fernan- dus(ait qui verba ferebat)idem ille qui pro omnibus recutitis concionabatur.monebatq̄ plutonem ⁊ eſt per parēthe ſim (qui verba ferebat).i.habebat orationem coram plutonem.bellator Fernandus ⁊ magnus ille Philippus nou⁹ in orbe duo fulgura ⁊ eſt eorum ſūma laus ꝙ plutonis fulgura dicantur(Fernandus comiſcens zephiros euris) ideſt reg na occidentalia vt pote regna hiſpaniarum que ſub zephiro iacent(euris)ideſt regnis orientalibus ſunt namq̄ Nea- polis ⁊ ſicilia Fernandi regna orientalia reſpectu hiſpanie ⁊ maxima fuſte regna domans)paſſim regnum namq̄ licet cū Heliſabetha vxore domuit granatēſe deide neapolitanū ⁊ multa preterea in occeano(fuſte vero dixit)pro potentia atq̄ etiam quia in aragonico ſtemmate fert baculum quem per fuſtem intelligit (ac magnus nouus orbe Philippus qui nuper prodit hactenus namq̄ adoleſcens fuit nec paſſa fuit etas vt magna gereret.

Et que(maiorum ne fedet ſabbata)mauult
Perferre exilium:conuoluunt tartara:regem
Infernum ſtimulant.preponūt grandia lucra:
Innumeras animas:cladem:ſtragēq̄ paratam
Affore:ſi mentem excuciat:vigiletq̄ parumper
Oſtendunt:ferro atq̄ igni ruitura minantur
Seditione iſta chriſti mandata tonantis.
Hinc caueat ne ſors felix celiq̄ voluntas
Euadat:que ſeſe offert occaſio quidnam
Vertens tega ferat:ſuadent meditetur ⁊ orant.
Quod niſi maturo properet contexere greſſu:
Ut ſocer atq̄ gener concurrant:armaq̄ ſumant
Alter in alterius vires:plutonia iura
Deperitura breui clamant.regeſq̄ potentes
Qui celebrant venerem:⁊ mhometica iuſſa ſequntur
Intra aſie fines amplos lybieq̄ furentis
Cernere ſe expectet ſtratos:redituraq̄ vt ante
Thracia cum arcadicis.necnon ⁊ theſſala regna
Ad priſcam chriſti legem:claramue corinthon.
Nam fera conueniant hec ſiduo fulgura pluto:
Bellator fernandus ait(qui verba ferebat)
Comiſcens zephiros euris ⁊ maxima fuſte
Regna domans paſſim:ac magnus nouus orbe philipp⁹.



Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

(Occeani glaciale fretum) deſcribit philippi anitas potẽtias. incipit a pmo eius titulo qui eſt a Flandria cuius dicit̃ comes. eſt quippe comitat⁹ flandrie in occeani glacialis littoribus (ſitus boream ve rigentẽ) flat enim boreas a ſeptẽtrione ⁊ venit ad nos per eius puincias (belgaſqꝫ feroces) ſunt omnes Philippi ſtat⁹ in belgis eſt náqꝫ belgica omnis regio gallica que tẽdit ad ſeptẽtrionẽ: quom gallia diuidat̃ in tres partes: in belgicam: celticã: aquitanicam: vocat autem populos illos feroces. Sunt náqꝫ a natura feroces (frenat) ideſt domat claudit ſua ditione. i. ſuo regit imperio (et a rheno dextram protendit ad hiſtrum) rhenus fluuius eſt qui galliam dirimit a germania hiſter vero qui eſt danubi⁹ germaniam apannonia; que vngaria dicitur. In rheni ripis Philippus flandriam poſſidet: in hyſtri vero fluentis auſtriaꝫ puinciam paterno iure tenet: cuius puincie Auſtrie archidux appellutur. vnde notat Philippum maternos principat⁹ habere in gallia belgica paternos vero in germania

Occeani glaciale fretum boream ve rigẽtem
Qui ditione ſua claudit: belgaſqꝫ feroces
Frenat: ⁊ a rheno dextram protendit ad hiſtrum
Cuius auus genitorqꝫ a primo ceſare nomen
Antiquum traxere: dedit quibus inclita roma
Cum volucre ingentes titulos: ſceptrumqꝫ patentis
Imperij: ⁊ gallum ſtrinxit ſibi lege iugali.
Sint alias q̃uis conſanguinitate propinqui:
Verbere plectemur ſeuo toruiſqꝫ colubris.
Sed quid vana loquor pluto? quid verba? quid iſtud
Tempus inane tero? nihil eſt genus ⁊ nihil omne
Quod retuli imperium: iuuenis preſtantia pluſq̃
Sint metuenda virum numero fera milia centum
Vnius metuenda tibi eſt: ſi pace fruetur.
Hei nobis qualis quantuſue inſurgit in armis:
Quam durus miles: q̃ clarus in agmine ductor:
Bello agiles nuper arctoi ſenſere ſicambri.

(cuius auus genitorqꝫ) nunc laudat philippum a genere auum náqꝫ habuit imperatorem ac nunc genitorem habet regem romanorum. dicit igitur traxiſſe nomen eos primo. i. Iulio ceſare quoniam quom primum mortuo imperatore quis ad imperiũ diligit̃ ceſar romanorum rex appellatur. quom vero coronaꝫ imperij a ſummo pontifice eſt adeptus: ceſar auguſtus romanorum imperator dicitur. ab auguſto ſecundo imperatore. his autem dieb⁹ romanorum tantum rex ceſarqꝫ dicitur genitor ei⁹: cuius nomen eſt Maximilianus quia nõdum a pontifice coronatus (dedit quibus inclita rome) inclita roma dedit volucrem ideſt aquilaꝫ vexilla nanqꝫ romanorum aquila ſcribebant: eaqꝫ data eſt imperatoribus nunc germanicis in gentes titulos alti náqꝫ ⁊ ſublimes tituli ſũt regem imperatorẽqꝫ appellari (ſceptrum) ideſt poteſtatem ſignum náqꝫ poteſtatis eſt ſceptrũ ferre (patẽtis) ampli imperij ⁊ multarum puintiarum (⁊ gallum ſtrinxit ſibi lege iugali) hiſdem diebus quibus diſſidebant ſocer et gener ludouicus aurelianenſis gallorum rex vnicam quam habebat filiam claudiam filio primogenito Philippi qui noſtrorum regnorũ poſt genitricem legitimus eſt heres: nomine carolus deſpondit vxorem propterea intra Philippi potentie terminos inſerit gallie affinitatem: nuper contractam: iure; náqꝫ merito debent affines affinibus laborantibus adeſſe (ſint alias quãuis cõſanguinitate propinqui) de familia quippe gallorum regũ Philippi genus emerſit a genitrice: paternum vero a germanis principibus (verbere plectemur toruiſqꝫ colubris) ideſt ſi conueniant hec duo fulgura plectemur tu pluto ac nos qui tue dictioni ſubiacemus caſtigauimur ſeuo verbere pro ſeuis verberibus vt apud virgilium armato milite complent pro militibus armatis (toruis ve colubris) theſiphone ex furijs infernalibus geſtare flagellum manu dicitur colubris armatum quo plectere dicit̃ penitentes ob errata (Sed quid vana loquor) pluto correctio eſt color rethoricus laudare vult Philippum a ſuis ipſius meritis ac magnanimitate nilqꝫ eſſe q̃ quid de illius genere ac potentia enarrauit multo náqꝫ maioris facienda eſt propria virtus q̃ bona omnia a maiorib⁹ relicta: qua in re plato triplicem eſſe inquit nobilitatem virtutis vt pote proprie q̃ primum locum obtinere argumentatur antiqui deinde ſanguinis vltimo diuitiarum reliqua náqꝫ externa ſunt atqꝫ aliena. virtus vero ppria ⁊ interna ppterea introducit poeta recutitorum oratorem floccifacientem fortune illecebras que ſunt genus ⁊ potentia reſpectu pprie virtutis vnde nihil eſſe genus ⁊ nihil eſſe omne imperium quod retulit: ediſſerit: intellige ſi virtutem conſideres. (quid tero). i. con ſũmo temp⁹ inane. i. ſine fructu ⁊ vtilitate illud eſt loq̃ inane ⁊ dare verba dare náqꝫ verba eſt decipere vel ſaltem inaniter loqui (iuuenis) preſtantia eſt ordo preſtantia vnius iuuenis eſt metuenda tibi pluſqꝫ ſint metuẽda centũ milia fera virum ideſt virorum ſi pace fruetur ideſt ſi concors erit cum ſocero ſi náqꝫ anim⁹ Philippi cũ prudentia ⁊ rerum experientia ſoceri temperabitur magna poſſunt expectari (hei nobis qualis quãtuſqꝫ inſurgit in armis) ideſt q̃ ferox magnanimus ac potens (inſurgit) ideſt iam ſeſe agitat contra hoſtes (hei) interiectio dolentis qua notat̃ ardens recutitorum inuidia de alieno bono. Vellent náqꝫ omnia iri perditũ (Quá durus miles) ordo eſt ſicambri arctoi bello agiles ſenſere nuper quam durus miles philipp⁹ ſit: ⁊ q̃ clarus in agmine ductor (ſicambri) ſunt geldrenſes. quorum ducem Philippus victũ in deditionẽ poſt grauem obſidionem habuit (Bello agiles) ſuntqꝫ belliçoſiſſimi. ppterea lucanus ait gaudentes morte ſicambros. pulchrum nanqꝫ eſſe putát pugnádo mori (arctoi) ideſt ſeptentrionales: dicunt̃ autem arctoi ab arto ſtella: que ad ſeptentionem vergit vnde ⁊ polus: arcticus (durus miles) ideſt laboris ⁊ vigilie patiens ſicuti priuatus quiſqꝫ ſtipendiarius miles (quá clarus ductor in agmine). i. quá prudenter ⁊ animo

ſe gubernet exercitum. ſaluſtius ait vtrũqꝫ eſſe imperatori exercitus maxime neceſſariũ: animi. ſ. ⁊ ingenij virtutes: ⁊ robur corporis. concludit vtrũqꝫ eſſe per ſe indigens: ⁊ alterum auxilio alterius egere: ad hoc vt rite bella gerantur. eſt igitur mira Philippi laus: quom ab vtroqꝫ laudetur per exemplum iam probate virtutis in feroces hoſtes: quo tollit pronie atqꝫ adulatiõis ſuſpitionẽ poeta q̃uis hoſtẽ itroducat recutitũ loquẽteꝫ: imo ⁊ laus duplicat̃ ex iuidi hoſtis ſmõe. (Quare age) prepoſitis plutoni cõmodis ⁊ incõmodis orator hic recutitorum nomine dat conſiliuꝫ plutoni: quid agẽdum ſit enarrat temerarie náqꝫ iſta ppoſuiſſet: niſi quid puidendum aperiret (age hortantis eſt nulla potentia). i. nulli ex potentibus tuis miniſtris (funeſta). i. pernicioſa (vacet) ocioſa viuat (que non emicet) ideſt ſtati exiliat ad ſuperos ideſt ad faciem terre. dicimur náqꝫ ſuperi reſpectu inferiorum ſicuti celites reſpectu noſtri ſuperos apellam⁹ (rabidis cooperta colubris) nominat plutonis miniſtros: quibus medijs cuncta perturbat: inficit: pſtrat: alecto náqꝫ theſiphone: megera: que ſunt inuidia: auaria: ⁊ ſuperbia: per que naſcitur inter homines diſcordia: que ſunt alias caro: mundus: et demon. omnia diruunt: precipitant: lacerant: ac deuorant. p theſiphonem colubris circũſeptam intellige. cupidicatem ⁊ auaritiam cupidi náqꝫ ⁊ auari inficiunt ſuo cõmertio vicina omnia: perniciem ſemper aſtruũt. omni hominum generi veluti colubreo morſu perimunt. vt ergo theſiphone cum ſuis venenis ad diſcordiam ferendam accurrat: ſuadet recutitus (lithuum ⁊ chõcham phlegetõtis) apparet aleto. per aleton intelligit ambitionem ⁊ ſuperbiam: volunt náqꝫ ambitioſi ⁊ ſuperbi adorari a gẽtibus. gaudẽtqꝫ popularibus auribus in anibus: nec parem ſibi patiuntur queq̃: aut ſuperiorem: exiſtimát náqꝫ ſibi diminui de ſcloppo ⁊ faſtu ambitionis: ſi quid alteri impenditur. huic innumere exoriuntur contẽtiones. ppterea ſuadet: vt alecto apparet (lithuum ⁊ cõcham phlegetontis) ideſt omne genus ſonitus ppter ſonitũ vocuꝫ popularium. quem ambicioſi ⁊ ſuperbi ſoli exoptant (eſt lithus tuba) ſubtilis qua mauri vtũtur. dicimus noſtra lingua agnafiles (choncha vero generale) cuiuſuis inſtrumẽti concaui. qõ bucce flatu tonet (phlegetõ) dicitur ardor vt igitur tubam phlegetõtis apparet. i. vt ſuo ſpiritu

Quare age nulla vacet funeſta potentia: que non
Emicet ad ſuperos. rabidis cooperta colubris
Teſiphone accurrat: lithuum ⁊ concham phlegetontis
Apparet alecto: vadat tremebunda megera:
Tartareum inter eos iactent ſpargantqꝫ venenum.
Non opus artifice eſt magno: ſe quiſqꝫ tuetur
Legitimis titulis: retinet fernandus habenas:
Regine quoniam genitor: tacet illa: philippus
Iure maritali poſcit ſibi regna relinqui.
Parti quiſqꝫ ſue procerum fauet: incitat: inſtat
Mobilius folijs vulgus: fluctuqꝫ marino
Nil minus incertum. compreſſit pluto parantem
Plura: ⁊ turbatus ſolio ſic intonat atro.

alecto ideſt demon ad id; aptus immitat ac ferat: in Philippũ ac Philippi conſultores furorem igneũ ambitionis ⁊ ſupbie quo accenſi nolint cum ſocero proceres ipſius partis concordiam agere (vadat tremebunda megera) megeram vocat tremebundá ab effectu: ex diſcordia náqꝫ principum populis vrbibuſqꝫ omnibus illorum imperio parentibus ſummus timor tremorqꝫ ſuperuenit: de hinc ſuprema pernicies (Tartareũ inter eos ſpargant) ⁊ iactent venenum ideſt diſcordiam in his lucri ⁊ ſtatus amplificationem preponendo: in illis ſuperbie ⁊ ambitionis ſue fructum monſtrando: in alijs animi ſui rerum nouarum cupidi ſaturitatẽ oſtẽdendo (non opus artifice) dicit rem factu facilem (ſe quiſqꝫ tuetur) dat rationem quare facile ſit quiſqꝫ) intellige amboruꝫ. ſ. ſocer ⁊ gener tuetur ſe legitimis titulis ideſt quilibet putat ſeſſe legitimũ regnorum caſtelle gubernatorem. dicit náqꝫ Ferdinandus: ad me attinet regnum gubernare: quia ſũ regine pater: materqꝫ ipſius vxor mea excedens euita ſuo me teſtamento gubernatorem reliquit (retinet) habenas metaphora eſt ſumpta ab eq̃s: habenas ideſt regimẽ (tacet) illa eſt obiectio interrogabunt náqꝫ qui rem neſciũt: quid inq̃t regina: cui hec regna cedunt: reſpondet orator recutitorum: tacet illa ideſt neqꝫ marito aduerſatur: quia marti⁹: neqꝫ genitori fauet: ne marito diſpliceat. nec fauet marito. quia forte veretur ne principum hiſpanorum animos ad res nouas magis pronos quam ad pacem ⁊ trãquilitatem male dignoſcat: regereqꝫ ſciat. quod patri facillimũ putat: quia longo illos tempore gubernauerit (tacet) ego ideſt neutrũ eligit p gubernatore nec ipſa vult gubernare (Philippus iure maritali) ex parte Philippi dicitur mariti eſt gubernare ea que iure dotis ad ſe venũt. ppterea iure maritali ideſt iure dotis (poſcit ſibi regna) relinqui. habes lector quid vterqꝫ in mediũ adducat (parti quiſqꝫ) ſue procerum fauet. alia obiectio quid aiunt proceres regnorum quorum ingens numerus ⁊ potens eſt. inquit quiſqꝫ ipſoruꝫ fauet ſue parti ideſt hi Fernandũ: illi Philippũ ſecuntur. incitat. inſtat: alteri obiectioni reſpondet dicens (vulgus vero) mobilius folijs ⁊ nil minus immo magis incertum per liptotem (fluctu marino) ideſt procellis marinis que quot quot horis mutantur vulgus náqꝫ imperitum fortunam ſequitur. nulla ratione gubernatur. ſtantib⁹ ⁊ felicibus fauẽt: ſtratis ⁊ infortunatis aduerſatur: nulla ratione habita. Sit ne id quod ſequitur vtile: an pernicioſum: nouiſqꝫ tantum rebus ſtudet: cõducat ne id ſeu non: nil curat. incitat: inſtat. ſ. vt diſſideant vt Philipus ſocero aduerſetur ⁊ ad notandum populi affectum leuiorem exagerat rem duobus verbis atrocib⁹ ſine copula (incitare) náqꝫ eſt inſtigare ⁊ excutere (inſtare eſt illud) idẽ quod aſſumpſit omni nixu: ⁊ conatu queritare (compreſſit pluto) ſummũ eſt rei amplificande artificiũ. quom tot tãtaqꝫ enarrauerit: dicere q̃ pluto compreſſit os illius oratoris recutitorum. qui plura fuiſſet proſecutus: niſi pluto ſilentium tam longo eius ſermone indixiſſet (compreſſit) ideſt intercepit parantem plura ideſt volentẽ ſe vlterius loquendo extendere (⁊ turbatus) ipſe pluto (intonat) cum maximo vocis tonitru ait ſicuti videbitis (ſolio eſt ſoliuꝫ regia) vel pretoria ſedes (atrum appellat) ſolum quia rex vmbrarum fingitur. omniaqꝫ in vmbra iacentia nigra eſſe videntur.

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Afflictos paccate animos. ſine numine noſtro.
Non iſta eueniunt: ſcimus quid fata philippo
Promittant: q̃ʒ ſurgat auus maternus in illo.
Quantum animo elatus totum ſibi ſorbeat orbem:
Magnanimus quantas acies: quantas ve cohortes
(Me miſerum) e noſtris fernandus ſtrauerit acer:
Fas meminiſſe mihi eſt. quid erit ſi federa iungant:
Actum erit. in noſtras conuertent prelia gentes.
Omnia conſpicio ac meditor. mecum omnia voluo.
Propterea inferna inſpicitis vacua antra miniſtris:
Miſimus ad ſuperos furias: diſcordia demens
Amborum in foribus volitat: penetralia ſeruat
Intima dirus amor ferri: ferus ingerit angues
Liuor edat rabidos: vltrices pectora cure
Illorum cruciant: tergunt tela impia: iam iam
Alecto (mea cura) tubam cito findet ad arma:
Terribili clangore ciens corda effera vtrinq̃ʒ
Illata hinc ingens recutiti iniuria vobis
Uindictam optatam ſumet ſibi: veſtraq̃ʒ fiet
Pena minor: quam fertis ibi ſub cardine noſtro
Quod xp̄i leges ⁊ teſtamenta negetis.

(Afflicto s paccate) reſpondet pluto recutitorum oratori: ⁊ imprudentes recutitos omnes qui ſuo obcecati deſiderio putauerint opus fuiſſe vt iſta ipſi plutoni ſignificarentur. quom ipſe idem fuerit qui talia ſuo nutu aſtruxerit. nec vlli rei magis intendat: q̃ʒ vt principes inuicē conflictent. vt ad eum veniat multitudo gentiū. Implicati namq̃ʒ ſeditionibꝰ deum poſtergant: ⁊ pietatis obliti omne nephas ſecuntur. Ut igitur res ſuas curent illos monet. dicens (pacate animos) afflictos. i. ne perturbemini (ſine numine noſtro). i. ſine noſtra auctoritate (non eueniunt iſta) diſſidia inter hos reges. (ſcimus quid fata) pluto ſe ſcire futura illos edocet: quanto magis preterita: ⁊ tanq̃ʒ ſagax aſtrorumq̃ʒ peritus dicit a ſideribus magna ſi vixerit ꝓmitti Philippo (conſurgat auus) adidit maternus quia carolus eius auus maternus adeo magnanimus fuit: acerq̃ʒ bellator: vt vniuerſam galliam ſepe concuſſerit: terrueritq̃ʒ fuerit nō modo xp̄ianis omnibꝰ: ſed ⁊ turcharum principi at tamē in duro quodā certaīe ꝯtra eluetios trucidatꝰ occubuit. nec vnq̃ʒ repertꝰ inter cadauera a deo inter ꝯfertos hoſtes ſeſe iniecit (quātū vero ſurgat). i. reuiuiſcat in illo Philippo auus maternꝰ i. quantū emuletur carolum maternum auum: (magnanimus) quantas ordo eſt eſt mihi fas meminiſſe quantas acies ⁊ quātas cohortes e noſtris a acer Fernandus ſtrauerit. e noſtris. i. ex his qui xp̄i legi aduerſantur (me miſerū) hec parentheſis per exclamationem cum ſūmo dolore interpoſita eſt q2 multis in locis vbi xp̄i nomen erat exoſum: nunc celebratur. ⁊ colitur (eſt fas) hic ponitur pro oportet meminiſſe. quom ingētia mihi damna intulerit. quid erit ſi foedera iungant. i. ſi amici fuerint (actum erit) ipſemet pluto declarat quid futurū ſit: ſi ambo conueniāt actū erit. de nobis deq̃ʒ noſtris ex legibus (conuertent prelia in gentes noſtras). i. ambo dirigent ſuam potentiam cōtra eos qui noſtri ſūt: quom non credant xp̄i mandatis dat rationē quomodo ſit preoccupatū quod ipſi preponūt: quom non interſint eius miniſtri: quia illos p̄miſerit ad ea q̄ infra dicimꝰ (ꝓpterea īſpicitis. vos recutiti) cernitis (antra inferna). i. cauernas tartareas noſtras domos: vacua. i. carētia (miniſtris) dmonijs me comitantibꝰ (miſimꝰ ad ſuperos) furias. ego pluto miſi ad ſuperos ideſt ad faciem terre inter homines furias alecton theſiphonem ⁊ megerā quibꝰ medijs perturbo cuncta mortalia (diſcordia demens) diſcordiam appellat dementem ab effectu (quia dementes hoc eſt alienos a mente. i. ſenſu ⁊ ratione homines ſimultatibus deditos efficiat (amborum) Fernandi ⁊ Philippi (in foribus) dixit q2 nondū erat concluſum vt diſiderēt: ſed volitāt in foribus vt ingrediant̄ ad eorum penetralia aditū queritāt (penetralia ſeruant) intima dirus amor ferri. i. crudelitas ex inuidia. pleriq̃ʒ nāq̃ʒ vt armis ageret̄ optabāt: licet regū nō eſſet is animus (amor ferri). i. cedis deſideriū (intima vero) penetralia intimos familiares intellige (ferus ingerit angues liuor edat rabidos liuor edat) inuidia corrodēs. ferus. nihil eſt inuidia ꝑnitioſius ⁊ depingit̄ inuidia ſerpentibꝰ veſci veneniumq̃ʒ edere: eoq̃ʒ enutriri: q2 neminē diligit inuidus neq̃ʒ cuiq̃ʒ vnq̃ʒ benedicit aut bene optat (vltrices cure) cruciāt pectora illorum. hoc dicit quia quicūq̃ʒ ex inuidia vel ambitione aut auaritia curā ſūmūt ſe ipſos macerant. propterea (vocat vltrices) curas: quoniā neminē magis ledūt q̃ʒ ipſū inuidū: aut auarū: vel ambitioſum (illoꝝ ambo). n. ſummā ſibi curā aſſumpſerāt: vnde cruciabant̄ animis: Fernādus nāq̃ʒ rex ſocer vt Philippus veniret ſed vt filiꝰ ⁊ gener ſumpturus ab eo cōſiliū: q̄nā pacto debeāt. hec regna gubernari: quorū mores maxime diſtant amoribꝰ belgicis: optauat vero philippus vt ſocer cederet ex conſultoꝝ ſentētia: ergo cure cruciabāt neceſſario corda amborū (tergūt tela impia) iā tergunt apparant eſt tergere ſordes ⁊ mucidatē ex ocio ⁊ torpore cōceptam tollere (tella impia) parata ad impietatem exercēdā (iam iam) hec epyzeuſis. i. eiuſdē dictionis imediata repetitio rē eſſe iā paratā fereq̃ʒ preſentem iudicat (alecto) appoſitiue mea cura. i. cuiꝰ vigore ⁊ induſtria omnia ꝑturbo (mea cura) quā ego ſūmo opere diligo (findet tubā ad arma). i. tube ſonitu ſignū dabit cito vt confligāt vtriq̃ʒ. i. cito pādet̄ hec diſcordia ⁊ rē amplificat in ſūmoq̃ʒ eſſe diſcrimine inſinuat. quō dicit (findet tubā). i. ita acriter ꝑ furore tubā flatu ꝑcutiet: vt findi pre flatꝰ grauedine videat̄. ⁊ eſt hiperbole (terribili clangore ciens) declarat quomodo ſit fiſſura tubā (ciens) prouocās incitās (corda effera) ꝑturbata vtrinq̃ʒ ex parte vtriuſq̃ʒ regis. hec q̄ relata ſūt deſiderari aſtrui a plutone itellige. minime autē cōtigerūt. qm̄ fluctuare ꝑmittit xp̄s res ſuas: nō tamē ire in p̄ceps (illata hic) ingēs recutiti: eſt ordo o recutiti ingēs iniuria illata vobis ſumet ſibi optatā vīdictā. ingēti. n. iniuria ſe affectos cōquerūtur recutiti: q2 quoſcūq̃ʒ nr̄e fidei aduerſos mauros vt porro ⁊ iudeos vel deriſores aut in ea deceptores vt hereticos eſſe cōſpiciebanꝰ: nr̄i reges ꝓfligarunt: eliminarūt: punierunt. propterea pluto vt cū eis beniuolētiā captet. vocat iniuriā ius in eos ſeruatū. iure nāq̃ʒ merito nō iniuria de maurorū manibꝰ granate regnum ereptum eſt: quia illud ipſorum maiores vſurparunt. iudeos fugarunt. quia chriſtianā religionē cōmaculabant. hereticos combuſſerūt. quia vt fallerent liberiꝰ: xp̄m verbo ꝓ̄tebant̄ animo vero negabāt: irridebātq̃ʒ (ſument vindictam optatam) nihil nāq̃ʒ magis obtare videntur q̃ʒ eorum perniciem. a quibꝰ ſe iniuriam recepiſſe putant: ſuorum meritorum obliti (penaq̃ʒ fiet) iuxta generalem opinionem eſt ſermo: vetꝰ nāq̃ʒ prouerbiū eſt ſolatium eſſe miſeris habere pene ſocios (ſub cardine noſtro) ſub noſtra ditione ac poteſtate tranſlatiue dictuʒ a cardine porte ſub cuius robore value voluuntur (Quod xp̄i leges ⁊ teſtamenta negetis) eſt cauſa quare penam apud demones ferant. tria nāq̃ʒ recutitorum genera maurorum iudeorum ⁊ hereticorum diuerſa tendunt a xp̄i preceptis.

Ite igitur veſtra contenti ſorte: mihiq̃ʒ
Hanc curam ſinite: ⁊ ſocijs hec dicta referte.
Hec ego (ianus ait) quom ſenſi agitarier ore
Poſtico. fremere horrendo quom murmure vidi
Plutonem reuomentem oculis ⁊ naribus ignem:
Et ſtruere inſidias xp̄o: xp̄iq̃ʒ benignis
Moribus: vt quondam celo deiectus: ⁊ aſtris
Senſi pharſalicos iterum ſpumare tumores
Hiſpanos inter proceres: vidi omnia verſa
In cinerem: ⁊ campos calido exundare cruore.
Atq̃ʒ ita ceſſiſſet: nec deteriora fuiſſent
Bella illa: in patrem natus non fanda parabat
Tella: atq̃ʒ in natum genitor: fraterq̃ʒ mouere
In fratrem optabat: miſſus niſi pronus ab alto
In terras ſeſe medium inter vtrumq̃ʒ dediſſet
Per me cōmonitus ſumptis crepitantibus alis
Imperio xp̄i gabriel. quem turba deorum
Proſtrata ante pedes ſupplex humiliſq̃ʒ precata eſt.
Ne ſineret tantis hiſpanos cladibus ire
In preceps: mauros multo qui ſanguine fuſo
Sic domuere (velut nouit) propijſq̃ʒ fugare
Incipiunt domibus: neq̃ʒ ſit qui ſiſtere contra
Sit potis: hec libicum ſi gens penetrarit ad axem.
Ignotos que etiam tractus orbemq̃ʒ latentem

(Ite igit̄) ꝯcludit pluto recutitoſq̃ʒ dimittit hāc curā ō ꝑturbādis. ſ. vtriuſq̃ʒ ꝑtis animis. cetera nō indigēt declaratiōe (hec ego ianus ait) ordo ē ait ianus quō ego ianus ſenſi ore poſtico hec agitarier ⁊ quom vidi plutonem ⁊ cetera ſenſi iterum ſpumare pharſalicos tumores inter hiſpanos proceres (ianus) vti iam diximus ꝓ deo prudentie ab antiquis colebatur. propterea dicit (ore poſtico) ideſt in prudentia mea. et hic ianus ponitur iuxta noſtram religionem pro ſpiritibus angelicis: quibus eſt cura de mandata vt quecūq̃ʒ per terrarū p̄ncipes agitarent̄: conſiderent. ⁊ in eis que ꝓuidentia diuina inſtituerit exequantur (fremere horrēdo) hec plana ſatis ſunt (ſtruere inſidias xp̄o) ideſt tacite q̄rere quomodo lex xp̄i pereat benignos vocat chriſti mores iuxta illud iugū meū ſuaue eſt ⁊ onus meum leue. quia que in lege dei maxime ſeruāda precipiūtur ſunt vt mites ⁊ corde humiles ⁊ charitate ſeruemus (vt quondā). ſ. fecit pluto deiectꝰ celo ⁊ aſtris. endiedis eſt: q̄ fit q̄ndo res vna in duas diuidit̄. per celū. n. ⁊ aſtra celū ſtellatū intelligit̄ (deiectꝰ) deorſum iactꝰ per michaelē archāgelorū p̄ncipem iuſſu dei ob ſupbiam quia velluti ingratꝰ voluit ſe equare ſuo creatori (Senſi pharſalicos) ideſt cernere viſus ſum ex amborū diſcordia ſtragē non minorē affuturā. quam ea fuerit que duobꝰ prelijs euenit inter ceſarē ſocerū ⁊ pōpeium generum in pharſalia: q̄ ⁊ emathia dicitur. vt apud luchanum bella ꝑ emathios pluſq̃ʒ ciuilia cāpos. fuit nāq̃ʒ maxima: q2 ex diuerſis ⁊ multis partibus orbis ad eā cladem vtriq̃ʒ cōuenere (iteruʒ). i. ſecundo ab illa ſpumare tumores. i. iram cōceptam inter ceſarē ⁊ pōpeiū. tumēt nāq̃ʒ pectora ex iracūdia (ſpumare) methaphora eſt ſumpta ab apris q̄ a canibꝰ agitati: oppꝛ̄ſſiq̃ʒ: nimio cordis ardore ſpumā fremēdo eijciūt (hiſpanos inter ꝓceres) veluti inter diuerſos apros inter ſe bellātes ꝑ hos poete ſermōes dignoſce lector ꝓceribꝰ non regibus ipſis curā fuiſſe de diſcordij. Ferdinādi nāq̃ʒ prudētia: ⁊ Philippi bonitas: niſi ꝓceres ꝯſultoreſq̃ʒ male interceſſiſſēt: minime diſſidijs inheſiſſent (vidi ego oīa) verſa in cinerē. i. igni cōſumpta (nec deteriora fuiſſent bella illa) pharſalica ſimple q̃ʒ iſta ſi pugnaſſent (in patrē natꝰ) dat rationē q̄re hoc dixerit: cū Fernādo nāq̃ʒ multi patris vt vidimꝰ quorū filij cū Philippo ſentiebāt: ⁊ ecōtra de fratribꝰ idētidē frater optabat mouere arma: itellige in fratrē (miſſus niſi) eſt ordo niſi gabriel monitꝰ ꝑ me miſſus ꝓnus ab alto dediſſet ſeſe mediū in terras inter vtrūq̃ʒ ſūptis imꝑio xp̄i crepitantibꝰ alis (gabriel ex archāgeloꝝ) ordine tertiꝰ q̄ ex nr̄orum ſapientū ſentētia curā gerit nūciāde pacis ⁊ concordie ſalutaris inter mediator. ꝓpterea dicit̄ illud aue de ſupis ſedibꝰ attuliſſe in aures virginis: qō diuinitatē humanitati cōiunxit: (diſcordes hactenꝰ) ob p̄mi parētis intēperātiā (ꝓnus) ꝓ precipiti ponit̄ (. i. niſi fuiſſet) inter mediator inter vtrūq̃ʒ regē cōmonitꝰ ꝑ me (ianū) ideſt ꝑ diuinā ꝓuidētiā: q̄ preſentia nō minꝰ habet futura q̃ʒ p̄terita (vel ꝑ me). i. ꝑ prudētiā: q̄ a p̄teritis ⁊ p̄ſentibꝰ futura cognoſcit. vt iā diximꝰ (ſeſe) eſt alia epyzeuzis q̄ inectitur a poetis ſepe ad rē de q̄ loquūt̄ amplificādā: interdū rōne carminis: modo elegātie cauſa (ſūptis crepitātibꝰ) alis. ⁊ eſt ab auibꝰ ſūpta locutio: ⁊ ē dicēdi modꝰ: neq̃ʒ. n. angelis eſt alis materialibꝰ opus: ſaltē eorum celeritatē ꝑ alas intelligimus. idē de apocalipſi vbi ioānes ſe alatos ſpūs vidiſſe cōmemorat (quē. ſ. xp̄m) turba deoꝝ. i. celitū ſctōꝝ iuxta illō efficiemini ſicut dij (ꝓſtrata) genu flexa vel demiſſis in terrā pectoribꝰ (ante pedes) xp̄i ſuplex ⁊ humilis effectꝰ ꝓſtrationis precata eſt xp̄m ne ſineret ipē xp̄s (hiſpanos ire in p̄ceps). i. ſterni inter ſe tātis cladibꝰ. ſ. quātas videbā ego ianꝰ paratas ex regū diſcordia (tantis) refert̄ ad rei magnitudinē qui hiſpani domuere ſtrauere mauros granatēſes velut nouit ipſe xp̄s. parētēſis eſt (ꝓpijſq̃ʒ fugarūt) hoc dicit q2 eo iā tēpore in africa ceperāt fugare mauros ex ꝓprijs domibꝰ nā capta erat iā belilla captaq̃ʒ arx auraui oppidi inſignis in affrica: q̄ arx eoꝝ ligua arabica marchallechebir appellat̄ p̄marꝰ portus africe (neq̃ʒ ſit) qui (ſiſtere). i. reſiſtere (ignotoſq̃ʒ etiā) tractꝰ nūc vult laudare gētē hiſpanā ab orbe nuꝑ repto: q2 caſtellani ab occidēte notos nobis dedere antipodes: p̄mo tamē inuētore xp̄ophoro colono ianuēſe viro. portugalēſes vero q̄ ⁊ hiſpani ſunt antipodes oſtendunt nobis indies magis ac magis trās eq̄noctinales vltra nāq̃ʒ circulū eq̄noctij tātū ſe adnauigaſſe fatētur: ad polū antarticū quātū ab ipſo eq̄tore diſtat ad nos arcticus fretū gaditanū verſus: quē ſtrictū gibraltari iuniores noſtri appellāt. ⁊ ex nr̄is regionos reperere. a q̄bꝰ auri copiā ingētē quotānis in hiſpaniā reportāt portugalēſes autē piꝑ ceteraq̃ʒ aromata ſuis cōmertijs e regionibꝰ q̄s inuenere aſſecūtur. ignota hec hactenꝰ europeis incolis ex africanāq̃ʒ ad nos ⁊ ſoldani babilonici emporijs ſolum ferebant. ergo dicit q̄ gens hiſpana reperit ignotos tractus. i. maris occeani prouincias ingentes īnumeraſq̃ʒ inſulas auriferas hactenus ignotas ⁊ ab coſmographis pro terris incognitis relictas orbemq̃ʒ latentem ideſt eam orbis partem que vſq̃ʒ ad nr̄am tēpeſtatē latuit eſtq̃ʒ totū ꝓ patre ꝑ ſynedochem.

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Antipodū. ⁊ tropico reperit contraria cancri.
Mi martyr cenſeto igitur: quom publica pacis
Sint hodie tantos inter ſocerum generumq̄
Edicta in populos ventura: an iure choreas
Poſſimus ductare ſenes: quantoq̄ vigore
Sit celebranda dies iſta. ⁊ numerāda lapillo
Candidiore niue intacta ſubuertice mōtis.
Huic ego iane pater ſuperum deſcendere mores
Qui facis in mentes hominum: ſorteſq̄ beatas
Per quem mortales capiunt. nam vt rite videmus
Te ſine cuncta ruunt. ⁊ tecum diruta creſcunt.
Haud aliter ꝙ̄ tu narras mihi credere promptum eſt.
Quin tantos fluctus ⁊ tot diſcrimina rerum
Sola dei ſit dextra potens ſedaſſe. ſed vnum
Reſtat ſcire mihi genitor: celeſtibus ora
Non data ſunt: nec habent linguas: nec labra nec vlla
Inſtrumēta: quibus referent mandata tonantis.
Inſpirant ſacro afflatu: mortalia corda
Inclinant: ſtringunt fateor: ſuadentq̄ latentes
Recta geri in preſens. viue concordia magno
Vſu vocis eget. quando hic ita diſtat ab illo:
Nam zephiros iſte exhaurit: boream ille furentem.
Abſq̄ ſono ac verbis tractari tanta negatū eſt.
Ergo hominum quis iane fuit mediator in iſta
Tempeſtate graui: nauim quis traxit acutis
E ſcopulis portum verſus: quis rexerit arcton

(Orbē antipodū) dicūtur antipodes ab anti qđ eſt cōtra ⁊ pus podos qđ eſt pes q̄ſi cōtra nr̄os pedes: oppoſiti nāq̄ ſūt in ſpere orbe antipodes nec mirere lector eſſe ſub terre orbe populos qui verſis veſtigijs a nr̄is terrā perābulēt. tantū dem nāq̄ celi eſt ſub terre globo quantū ſup globū cōſpicis. eſt nāq̄ terra pēſilis in elemētorū diametrali media parte ⁊ q̄caiq̄ ad celū caput vertat ad altū vertit. eſt ergo nr̄is oppoſitis altū qđ nobis imū ⁊ ſub pedibꝰ. ſumꝰ ergo omnes homines alterne antipodes (⁊ tropico repperit) hoc eſt reperit tropicū antarcticū ſub ſcorpione q̄ eſt oppoſitus cancro. ⁊ tropicus pūctus in q̄ fiūt ſolſticia in ſūmo nr̄i diei augmēto ſol cancrū ingredit̄. in ſūmo vero noctis ſcorpionē reperit. ergo cōtraria tropico cācri. i. eos populos q̄ habitāt eas regiōes: in q̄bꝰ viget eſtas eo tēpore quo apud nos hiems ⁊ ecōuerſo. has autē regiones portugalēſes terūt indeq̄ vti diximꝰ aromata iam aſportāt (Mi martyr) eſt ordo. igit̄ cenſeto mi martyr an ſenes iure poſſimꝰ ductare choreas ⁊ cēſeto quāto vigore ſit celebranda dies iſta ⁊ numeranda lapillo cādidiore niue intacta ſubuertice mōtis. quō odie ſit vētura in populos publica edicta pacis inter tātos ſocerū ⁊ generū (edictū eſt) mādatū regium quod publice nunciatur. i. quom hodie ſit publice corā omni populo ꝑ precones nuncianda pax inter tantos tā potentes reges ſocerum Fernandum generūq̄ Philippū (intacta) nāq̄ cādidior eſt nix. cādidiſſima vero ſubuertice mōtis. quo nec puluis neq̄ terreſtris vlla ſordes aſcendit. Hic ergo ſatis ample lateq̄ ꝓbatum eſt licuiſſe ſenibꝰ leticie motus. geſtuſq̄ exercere: ꝓ gaudio tanti edicti: quō tot mala euitāda ſint: que diximus ventura ex eorum diſcordia. nūc vero ſimulat ſeneſciſſe quis nam tante rei fuerit auctor medius: ꝓpterea interrogat denuo ianū: quis nam fuerit auctor. ⁊ mediator tāte pacis: (ego martyr) hinc. ſ. dico iane pater captat amorem: quom patrem vocat (ſuperum deſcendere mores: qui facis in mentes hominum) captat beniuolentiam a iano quom dicit eū eſſe mediatorem inter deum: ⁊ homines: talem vt faciat ad homines deſcendere virtutes celeſtes. (eſt ordo) o iane pater qui facis deſcendere in mentes hominum mores: ideſt virtutes ſuperum (nam vt rite videmus) per interpoſitam parenthesin dat rationem eorum que dixit: ne videatur adulatorie dictum (rite videmus). i. aperte cognoſcimus: te ſine hiſteron eſt: que fit quando poſtponitur aliquid preponendum. ſ. ne te ideſt ſine prudentia cuncta mortalia ruunt: labuntur: ⁊ decidunt. et tecum ideſt ſi prudentia res humiles regantur: creſcunt. ⁊ coaleſcunt. inde vates aquinas optime circa decime ſue ſatyre calcem cecinit hec. nullum numen habet ſi ſit prudentia. quin (tantos fluctus) id eſt paratam per turbationem ſola dextera dei fuerit potens ſedaſſe: eſt ſenſus idemptidem ego ꝙ tuo iane vt ſcilicet ſolus potuerit deus rem tantam pacare. Sed reſtat (mihi o genitor) genitorem vocat ideſt omnium bonorum productorem vti iam diximus de prudentia (Celeſtibus non ſunt data ora) ideſt angeli non habent corpora: nec linguas: nec labia: quibus aerem capiant ad verba formanda (Quibus referent mandata conantis) ideſt ꝓmant: aperiant: et ſignificent hominibus imperata a deo (inſpirant) ipſemet poeta dicit quod ſit ſpirituum celeſtium officium: quomodo ve operentur (inſpirant). i. inducunt a rationem (afflatu) ſacro ideſt ſuaſu ſancto (ſtringūt) videmus in nobiſm et hoc et ſepe ſentimus. titillare intra cordis intima neſcio quid ſuadens ne vitia complectamur: ⁊ vt virtutes ſequamur: vt rationi pareamus: et ſtringi fibras diſcurſumq̄ intellectus ad parendum bene ſuadenti ſpiritui (latentes) inuiſibiles (geri recta) ideſt gubernari (in preſens) ideſt ſine temporis intercapedine namq̄ periculoſum differre eſt quom quid bene ſuadet animus nutās: quē nature igniculum cicero noſter appellat officiorum libro (Viue concordia) vult ſignificare poeta opus eſſe ad concordiam inter principes tractandam viuis hominum vocibus quamuis ad eo cuncta ꝓcedant: hominum tamen inſtrumentis vti deum ipſum quō quid fieri vel non fieri ſtatuit comperimꝰ in huiuſmodi negationibus preſertim ad q̄ homines magnanimi natura cogente impelluntur. nil nāq̄ in natura eſt magnanimo cuiq̄ efficatiꝰ ꝙ velle negare ergo bene dicit poeta cōcordia eget magno vſu ideſt magna experientia viue vocis ideſt viri prudētis qui ſit mediꝰ quādo hic Fernandꝰ ita diſtat ab illo Philippo (nā zephiros) iſte Fernādus (exhaurit). i. afflatu ſuo ſugit atq̄ atrahit zephyros aerem occidentalē. i. habitat hiſpaniā que zephyro in occidēte ſubiacet (ille) Philippus exhaurit ſuple boreā. i. aerem ſeptentrionalem a quo flat boreas (furētem) quia nullus eſt ventus qui magis perturbet maria terraſq̄ omnes ꝙ rigidus boreas (Abſq̄ ſono) vocis viue ⁊ verbis viribus eſt negatū tractari. i. nō poſſunt tractari tanta. i. tā magni mouenti. (Ergo) petit igitur vt quādoquidē virili arte ac lingua opus fuit ad hāc diſcordiā regū abſentū per tractandā ianꝰ aperiat quis nam tanti cōmodi cauſa fuerit in iſta tēpeſtate graui. i. in hac iminēti ac ꝑnitioſa diſcordia eſt metaphora ſumpta a nauibus veluti nāq̄ naues in mari tēpeſtate aut ſcopulis colliduntur aut demerguntur ita in terris et regū diſcordia cūcta ruūt quis traxit nauim ex accutis ⁊c. i. hanc ciuilē diſcordiā ad optatum effectū ꝑduxit quis rexerit arctō tranſlatio eſt a directarijs nauiū tracta qui pixidē habēt ſemꝑ paratam cū magnete inſtructo quo duce per arctō ex puppi temonē regētibus imperādo proram vertāt ad locum quo tēdere cupiunt rexerit arctō. i. direxerit magnetem tēperatū ad arcton que maior viſa eſt vnde polus arcticus dicit̄.

Magnete e puppi tanta ſub pixide clauſo
Ede pater: ni forte grauis tibi noſtra cupido eſt.
Vt vocem tenui: reſpondet ianus. amice
Sum ſenio vrgente oppreſſus. fratriq̄ gemello
Qui ſequitur februo: celo impellente viciſſim
Quantū poſſe datur cedo. ne rapta queratur:
Que ſua ſunt. ergo breuibus contentus habito.
Scrutator martyr quem circumſepſerit enſe
Aurato: ⁊ torquem giris cui cinxerit aureum
Pluribus in collum implicitis tam fronte ſerena
Rex ipſe inuictus fernandus: rite peractis
Sacris: luce illa qua me ludiſq̄ iociſq̄
Letatum dixti: ac veſtes ſumpſiſſe virentes:
Vt fecisse decet petulantes orbe rotato
Quadrupedum iuuenes. vix hec: ⁊ mutuit algens
Janus: pigmeo linquens iam lora ſequenti.
Germano: in dextram captanti retia propter
Viſcoſos piſces celo terraq̄ ruentes.
Dulcis amice igit̄: dic dic a nebride tu qui
Clarum nomen habes: quom ſis mihi charior inter
Hiſpanos: muſas quoniam noctuq̄ dieq̄
Suſcipis hoſpitio ⁊ fotas ne forte gelaſcant
Oppoſita hac facie ſaturni ⁊ ſolis (onuſta
Concreta glatie) reparas: fructuſq̄ recentes
Excutis ex hortis ipſarum: ⁊ dulcia ab illis
Mella legis: quis nam talem meruiſſe coronam
Credatur: tanto quem rex dignetur honore:
Illius vt ſumptis plectris grato ordine miras
Cantemus: liber pede tu: aſt ego carmine laudes.

(Magnete). i. cū magnete. i. virtute ſuaſiua clauſo (ſub pixide tāta). i. latēti ſub tāta potētia ē autē pixis vaſculū illud i q̄ magnes rotat incluſus veluti paſſim licet inſpicere in horologijs ſolaribꝰ vocat ergo pixidē cordis arculas in q̄bꝰ cogitatiōes voluūtur (ni forte grauis) tibi o iane moleſtū ē vt. i. quō ꝓmum ego martyr (tenui vocē). i. ꝯticui reſpōdet ianus amice o martyr ſum ego oppreſſus ſenio etate decrepita vrgēte (fratriq̄ gemello q̄ ſeq̄tur februo) februario fratri meo quoniā menſes deno tant tēpora gemelli ergo mēſes inuicē vocātur qm̄ eodē partu geniti. i. a deo vno nutu formati qm̄ ſic tēpora deꝰ inſtituit vt vno nutu ꝓceſſū eorꝯ ordinauerit q̄ ſeq̄tur me ianuariū (cedo) cedūt nāq̄ ſibi inuicē mēſes celo ipellēte. i. ita ſtatuēte tempora nāq̄ celorū īpulſu labunt̄ cogit̄ ergo ianuariꝰ februario cedere ⁊ ſic de ſingulis ꝑ hec verba lector itelliges circa finē ianuarij poetā opus ſuū ꝯcluſiſſe quō introducat ianū volentem iam diſcedere quem ſenem appellauit propter anni tempus ſenile id eſt graue ⁊ moleſtum ob diei breuitatem ob niues ⁊ frigora ⁊ pluuias (ne februꝰ) queratur rapta q̄ ſunt ſua. i. ne cōquerat̄ ꝙ ego vſurpauerī tēpꝰ qđ ad illū attiet (ergo o martyr) abito cōtētꝰ breuibꝰ eodē die rex Ferdinandus equitē inſtituit auratū Andreā burgenſē q̄ pro maximiliano romanorū rege philippi genitore apud ipſū oratorē agebat (quē circūſepſerit enſe) nāq̄ datur eq̄ſtria auratis enſe ⁊ calcaribꝰ a ꝓmarijs aſtātibꝰ eq̄ti creādo ipoſitis ⁊ torquē giris: ⁊ (ſcrutator) tu martyr inueſtigato. (cui cinxerit) Fernādꝰ aureū torquē iplicitis pluribꝰ giris in collū. i. cuius collo cathenam aureā impoſuerit multarum plicarū: quas nos voltas dicimus (tā fronte ſerena) tā leta alacri rex ipſe inuictꝰ fortunatiſſimus nāq̄ ſemper fuit in rebꝰ bellicis (luce illa). ſ. prima die ianuarij qua dixti pro dixiſti me letatū ludis ac iocis ludi rei ſunt ioci verborū (petulātes) eſt ꝓprie iuuenū petulātia eſt nāq̄ laſciua quedā ebullitio orbe quadrupedū rotato. i. equis in orbē rotatis. i. frenis circūuolutis agili dexteritate qđ nr̄orꝯ eq̄rū ꝓpriū eſt (vix hec) dixit (⁊ mutuit). i. ꝯticuit algēs (pigmeo linquēs) iam germano lora. i. ſinens vt iā februariꝰ pigmeꝰ. i. breuis qm̄ dies eius ſunt pauci breueſq̄ ſeq̄nti ipſum ⁊ appropinquāti (in dextrā captāti retia) hoc dicit vt finem tante rei iocoſe claudat dicitq̄ duabus cauſis februarium retia parare quia ſol ſignū piſcis medio circiter februario ſemper ingredit̄ ⁊ tunc q̄dragesſima qua piſcibꝰ ex lege pontificia veſcimur februario mēſe aduenit propter piſces ruentes celo quia ſol eo menſe celeſtē piſcem ingreditur terraq̄ ꝓpt̄ quadrageſimā viſcoſos piſces appellat quoniam humida pituita quam nr̄i flegmā vocant tenax eſt in piſcibꝰ ⁊ eam conglutinationem appellāt medici viſcoſitatē a viſco quod noſtra lingua dicitur liga qua capiunt̄ aues.

(Dulcis amice ⁊c.) volēs a nr̄o martyre ſcire cur nā hec carmine intexuerit opi minime q̄drātia: qm̄ hic antoniꝰ quē alloq̄tur minime vel ludis vel eq̄ſtrie interfuerit: ipſe vero poeta vtriq̄ fuerit teſtis ꝑſens reſpōdit ſe tātū hec inſeruiſſe: q2 ipſiꝰ nebriſenſis ſuaſu carmina hec cōponēdi curā ſuſpſerit. ⁊ rōne amicicie voluiſſe in hoc poematis calce ad illū apoſtrophare: nactꝰ occaſionē: qđ ipſe nebriſēſis q2 hiſpanꝰ: forte ſciet cui nā hic honos tāte rei cōponēde debeat̄. ⁊ miris modis amicū laudat (dulcis amice) dulcedo ſuꝑma q̄ omes alias ſuꝑat: eſt i amicicia. igit̄ qñquidē tu hiſpanus es mihi charior int̄ hiſpanos. (muſas qm̄) dat cauſam q̄re ceteris hiſpanis illū hēat chariorē: (ſuſcipis hoſpitio) muſas. i. oēs ſciētiā āplecteris: ⁊ (reparas). ſ. muſas (fotas) amplexatas gremio a foueo venit fotas: ne gelaſcāt pulcher iocꝰ ⁊ reliq̄s hiſpanos tacite mordet q2 minime muſas foueāt (ne gelaſcāt) quō pauci ſint in hiſpania q̄ eis tegumēta ꝓbeāt: (Oppoſita hac facie) ſaturni ⁊ ſolis eo menſe illiſq̄ paulo poſt diebꝰ fuit ſolis duplicit̄ oppoſitio. ſole nāq̄ aq̄riū q̄ domꝰ eſſe dicit̄ ſaturni tenēte: ſaturnꝰ leonē ſolis domū occupabat q̄ ſunt oppoſiti ꝓpterea nobis inſpiciētibꝰ fluuiꝰ ſalamātinꝰ ita ꝯgelatꝰ eſt: vt eq̄s etiā ꝑ glatiē eſſet puiꝰ. ſenſimꝰ ⁊ in vādalia quā dicūt andaluziā arbores aurea mala ferētes gelu ꝯcreta interijſſe. (⁊ excutis fructꝰ recētes ex hortis ipſarꝯ). ſ. muſarū. i. q̄ttidie coaleſcis doctrinā tūc amplificādo. (⁊ legis) pro colligis dulcia mella. i. ſuaues ⁊ ſapidos ſenſus (dic quiſnā credatur) meruiſſe talē coronā. i. talē onorē ⁊ gl̄iā de ꝑfecta pace: (quē rex dignet̄). i. dignū eſſe cēſuerit: (tāto honore). ſ. quāto decorauit ornādo hominē pacis huiꝰ auctorē: virgiliꝰ haud eq̄dē tali me dignor honore. vt cātemꝰ tu liber pede. i. oratione ſoluta q̄ tu vales. aſt ego carmine laudes illiꝰ q̄ fuit auctor pacis ſūptis plectris metaphora a lyricis q̄ plectro ſua q̄tiūt inſtrumenta. quia quo cythara lyraq̄ perfricantur. ⁊ timpana percutiuntur. plectrū bacillum ſignificat (grato ordine). i. placido cōtextu (miras) dixit ab effectu quia mira ex hac concordia vtilitas expectatur.

Telos.

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## Argumentuz in inachuz in quo repies qd bella ferant: quid pariat pax.

INnocentius octauus pontifex maximus impellētibus regni proceribus: populiſue qꝫ Ferdinandus ꝑmus rex parthenopeius grauioribꝰ illos vrgeret tributis: cꝫ eſſz pactus: quādo in regē ab apoſtolica ſede vngebatur: cōquerētibus: ō Ferdinando ſpoliādo cogitauit. non difficile factu id putans: quia maior pars procerum a Ferdinādo illico defecit. venetaqꝫ res publica opem ſeſe laturam polliceretur: quoniam erat Ferdinādo infenſa. Arma igiť pontifex capit. vniuerſum regnum cōuoluitur. ad vrbem vſqꝫ Neapolim optimatum pleriqꝫ incurſitant. Robertus ſantſeuerinus dux venetorū ad pontificē cū auxilio mittiť. Ne Fernandus regno eijciatur: dux mediolani cōtēdit. ſuas copias quibus Joānē Jacobum triuulciū primariū ciuem mediolunenſem prefecit: ſuppetias Ferdinādo mittit. Urſinā factionem: que in vrbis ambitu munitis oppidis populorūqꝫ bello aptorum copia pollet: dux ipſe rexqꝫ in pontificē concitant. vrſinis ſeductis: Robertus ſantſeuerinns ſiſtere pedē apud vrbē vt vrſiñis obſiſtat cogitur. Roma duobus (hoſtium vt pote ac ſuo) exercitibus corroditur: infeſtatur: laceratur. Interea loci dum vtriqꝫ grauiter laboraretur: Inachus lopez mendocius tendille comes ad obſequium (vti moris eſt) eidem pontifici preſtandū a noſtris regibus orator delectus: in mandatis habuit: vt regio nomine pontificem hortetur: oretqꝫ ne Ferdinandū parthenopeū ſibi patruelem velit infeſtare. ſe non poſſe: ſine ſua īſigni ignominia: ꝓpiquū deſerere. vt prouintiam ſuſceptam pōtifex relinquat: imperāt ꝓſtetur Comes ergo vbi florētiā hetruſcā vrbem applicuit: vie cōmittibus relictis: ſecreto romam ſolus tendit: noctu ex compoſito pōtificem adit: egit de pace conficienda: pōtificis animū in Ferdinandū hiantē ſedauit. Quare quom eſſet martyr Alfonſo carrillo comitis affini pampilonenſi antiſtiti in cantabris: valde familiaris: ipſius antiſtitis rogatu heroico pectine ad modum iuuenis: poema cōſcripſit: quo belli ⁊ pacis eius euentus deſcribens debere inacho lopez huic tendille comiti oratori regio grates impendi argumentatur. ipſius inachi comitis demuz geſta quedā refferēs: interqꝫ Alhame ab eo ⁊ cū magno diſcrimine ſeruate hiſtoria late cēſetur: ⁊ propinquos eius per tranſitum titulos eorū ac merita pertingēs opus claudit. Uult opus ab inacho ipſius comitis prenomine vates inachum denominari. Habes candide lector poematis hac breui tabella argumentum. opus vero per ſe ipſum ſatis aperto graditur pede. Paucis preterea in locis duce preuio indigebis cōmentario. ⁊ ſi forte pleriſqꝫ in locis tectoria tibi ſeſe offerrent enucleanda neceſſario: illa nos tibi perfricata ad vnguē ſuis ſedibus excuſſa prebebimus. Uale interea ⁊ iam carmen amplectior.

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

## P. M. angl. Me. pto. con. Re. Inachus.

Inache mendociam ſtirpē qui tollis ad aſtra:
Excitat heroos numeros: plectrunqꝫ relictuz.
Iā pridē alfonſus: cōſanguinitate ꝓpinquus
Eſt tibi q̇: ornatus merito viridante galero.
Et qui progeniem carrillam decorat: ille
Inſtitit hec referēs: martyr mihi dulcis amice
Inachus hic clarus idem velloqꝫ togaqꝫ
Precipites italum mentes pacauit ⁊ arma.
Ergo age: ne tm̄ fruſtra aſſumpſiſſe laborem
Dicatur veniens extremi e finibus orbis:
Ede precor: tulerit. q̇d mars: q̄ pace fruamur
Hoc duce: nec tetrico patiaris tanta veterno
Raptari ad lethen: citharā neruoſqꝫ moueto:
Si tibi nr̄ amor cordi eſt: ſi carus amico es:
Ut meritas igiť grates tibi diua parare
Inache roma ſciat: fueris qꝫ maximus auctor
Preſtande tandem pacis: martiſqꝫ fugandi:
Munera grata canam pacis belliqꝫ ruinam.
Alhama hinc mauri regis de pectore rapta
Tuqꝫ genuſqꝫ tuum claudetis in aggere nr̄o
Calcē opis. demū in patriaz dimiſſus abibis.
Ignorare licet: quia non archana potentum
Nota mihi: dederit cauſas an vixerit inſons
ꝑtenope: an ꝓmeret ꝓceres pplos ve grauaret:
Hoc videāt alij ſolū hoc mihi venit ad aures:
Et fuit ante oculos: poſtq̄ꝫ fera bella mouere
Qui deus in terris ſtatuit: pia roma decorem
Perdidit (heu miſeram) totuz q̄ terruit orbez:
Immo etiam q̄ nunc aperit: clauditqꝫ beatas
Tartareaſqꝫ fores: tenuit vir menia tuta
Hoſtibus a rapidis. heu dic q̄ cauſa gradiue
Te trahit in furias? pietas te nulla tuorum
Cur teneat iam ſcire velim? q̄ villa? qđ aruuz
Reſtitit intactum? tūc q̄ ve ſuburbia non ſunt
Funditus euerſa? ⁊ q̄ tūc non femina lecto
Rapta maritali? potuit ſeruare pudorem
Que virgo ante patrē? cedes: incēdia: predas:
q̇s numerare valet? quocūqꝫ adducta fuerunt
Agmina tā nr̄i q̄ꝫ ſeui militis hoſtis:
Que pecudes? armenta boū que tuta fuerūt?
Rura ve q̄ ꝓpijs non ſunt viduata colonis?
Non nocuere magis nobis hoſtilia caſtra.
q̇s dolor hic tibi roma fuit: q̄ maxima quōdaz
Turrigerum caput extollēs rubiconis ī aruis
Finibus italie deponier arma iubebas.
Nunc ſpectare tuos caſtris obſeſſa duobus
Captiuos duci ciues: vectigal ⁊ omne:
Sublatum medio: populū: friguſqꝫ famēqꝫ
Perpeſſum rabidam. quicunqꝫ exire volebat
Iret vt in patriam externꝰ: mortē ille ſubibat.
Nec ſolū non tuta arua ⁊ pomeria: verum
Que domus interior varijs non plena ruinis?
Que via tuta fuit? medijs cadit ille plateis
Percuſus iaculo: cultro ferit ille ſodalem:
Hic comitem: cuicumqꝫ fuit tūc laxa crumena
Quom ꝓmū dēſas abiens ſol fecerat vmbras:
Stricta acie ferri triuiales latro petebat
Concurſus: miſer heu nimiū qui primꝰ ī illas
Incurri furias. prius hic q̄ꝫ forte loquatur:
Te ferit: inde capit veſtem: zonam: loculoſqꝫ
Si taceas: ſed ſi quicq̄ꝫ tunc dixeris: aut tunc
Clamores aliquos dederis: te mittit ad orcū
Hora breuis: laceratqꝫ in fruſta: iacitqꝫ
Precipitem in fluuij curſum fedam ue cloacaz
Et quicūqꝫ habitant diuine menia rome:
Quom primū varios mōſtrabāt ſidera vultꝰ:
Sole cadenti: citi duplicabāt clauſtra feraſqꝫ
Plꝰ ſolito: aggeribꝰ portas victiſqꝫ cathenis
Armabant: pleni curis ſomnoqꝫ carentes:
Ceu medijs videāt pugnātes poſtibꝰ hoſtes.
Quid moror vlterius? plures vix ſenſit ab illo
Tempore: quo poſuere remus cum fr̄e q̇rino
Hos muros (ſi vera lego) pia roma labores.
Omnia nūc noua ſunt: redierūt aurea ſecla:
Pax redijt comitante oī virtute ſereno
Lapſa polo: ſtrauit pietas hoſtilia ſigna:
Dira fames abijt. redijt iam copia cornu
Leta ſuo: nunc omne pecus diſcurrit in agris
Et ſalit auſonijs: repetūt ſua rura coloni:
Et renouare parant veteris magalia tecti:
Diſiunctos hucuſq̄ꝫ boues iā iūgit arator:
Qui modo ſentus erat dūmis ⁊ vepꝛbus altis:
Nunc renouatur ager. ſaxo ſedet altus aprico
Deſpectās pecudes paſtor: viridiq̄ꝫ ſub ūbra
Nūc cubat in faciē: nūc ⁊ reſupinꝰ in herbis
Incitat ⁊ cantu ſomnos: tutus ve quieſcit.
Tutus ⁊ ad fontes ducit cum matribꝰ agnos.
Nec lupus eſt illi vlterius pecori ve tremori.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nec timet vlteriꝰ venientes agmine turmas
Oīs ⁊ in feſtis iam ruſtica turba diebus:
Femina mixta viro ſaliēs ducēſqꝫ choreas
Emicat in triuijs villarū: auditur in illis
Letiſonos iactare modos vel fiſtula ſimplex
Aut cornu flexum vel tibia rauca ſonare.
Quiqꝫ prius fuerat vix intra menia tutus:
Publica nunc agitat conuiuia: cenat ⁊ idem
Porticibus vacitis ⁊ apertis vndiqꝫ valuis:
Ducit ⁊ ille foras nuptā quoqꝫ ꝟgine pulchra:
Mitia collectū poma: ⁊ de vitibus vuas.
Quoqꝫ redeūt tūc ſiue polū nox occupet atra:
Siue micet phebus: dubitāt nihil ampliꝰ oēs.
Clauſa ſit an pateat curāt nil nocte: feneſtra
Portaqꝫ vl' rigeat grauibꝰ cōpacta cathenis.
Nūc etiā ſurgūt opa interrupta domorū.
Quātū ope preciū eſt ſtratas vicoſqꝫ plateas
Acceſſu vario venientū cernere preſſas.
Quoqꝫ cereris bachiqꝫ armis: h ducit onuſtos
Ad fora cū pullis mullos: trahit alter aſſellū:
Quo ſup oē genus fructꝰ. nūmoſqꝫ reportat
Iā mare veliuolū: iā tibridis aduehit vnda
Vectigal ratibus plenis: redituſqꝫ frequētāt:
Iāqꝫ fides redijt: reuocauit ab arce tonantis
Iuſticiam pater innocuus: que victa iacebat
In tenebris ſpoliata armis atqꝫ obruta ceno.
Omnibus illa dapes nunc eq̄ lance miniſtrat.
Mercator: ſutor: cerdoqꝫ: ⁊ campſor auarus:
Artificeſqꝫ alij quibus eſt natiſqꝫ ſibiqꝫ
Vita paranda manu: poſito iam fine labori
Vt reparent vires feſſas per ſtrata viarum
Incendunt hylares: quantūlibet inde reuerſi
Qui prius in foribus ſuſpenſi forte iacebant.
Et ſomno vacui penitus pleniqꝫ dolore
Vxori natis domuiqꝫ ſibiqꝫ timētes
Stertere nūc licitū ē: placidū ⁊ captare ſoporē
Sunt quoqꝫ ſecuri in triuijs: vicoſqꝫ pererrāt
Nocte ſuper media: portant quicunqꝫ ꝑ vrbē
Lucentes gēmas ⁊ magni ponderis aurum:
Nunc enſes aſteqꝫ latent galeeqꝫ minaces:
Nūc fugit ad latebras trepidꝰ: vl' dſerit vrbē
Latro timēs laqueū ꝟitꝰ tria ligna grauare
Aduentate igit̄ quos bellica fama mineqꝫ
Ardentis tonitrus martis rumorqꝫ coegit
Ire per anfractꝰ nemorū: mōteſqꝫ malignos
Cliuoſo ſuperare gradu valleſqꝫ profundas.

Perqꝫ mare ⁊ terras alienas querere ſedes.
Vincite iter longū: pandit pia roma lacertos.
Amplexura ſinu cunctos garamātas ⁊ indos:
Et quoſcūqꝫ tenet terraꝝ margine pontus
Leta vocat: cōtēta ſuo iā principe roma eſt
Pontifice innocuo. celeri iam currite greſſu:
Siue per vndoſos fluctus rapidoſqꝫ meatus
Gurgitis horriſoni: vel per iuga mōtis opaci
Sit capienda via: aut ſi per lata equora cāpi:
Oīa tuta manent: nūc vel veniatis inermes:
Vel cincti grauibus telis comitante caterua:
Vel ſoli: pedibus vel equo: vel dite crumena
Aut nūmis vacua: tutū ē mare: tr̄ra: poluſqꝫ
Quas igit̄ meritas grates: q̄ dona rependam
Nomine roma tuo: tantoꝝ cauſa bonorum
Inache te repeto: ſalue. tibi cuncta ſalutes
Innumeras reſonare iubet pia turba quiritū:
Omnis ⁊ italia. exhauſtuqꝫ quoqꝫ mittit eaſdē
Chriſticolū genus oē tibi. faciamqꝫ ꝑ vrbes
Iam volitare tuū quo poſſum carmine nomē:
Iniunxere mihi. ⁊ qm̄ te expectat apertis:
Vt tandē repetas illaꝫ tua terra lacertis:
Te laudē breuibꝰ fas eſt. taceamqꝫ neceſſe eſt
Cum proauis atauos ⁊ nominia cuncta tuoꝝ:
Ꝙ patruū rubra ornatuꝫ: ⁊ flamāte thyara:
Ac fratrē viridi teneas: vtrumqꝫ potentem
Pretereo. patris ipſe pater fortiſſimus heros
Pugnando varias meruit qui ſepe coronas
Hoſtibꝰ in medijs: q̄bꝰ eſt ſuper alta repoſtꝰ
Sidera mauroꝝ referens de clade trophea.
Marchio dux equitū: veruſqꝫ poeta recedat.
Hoc patiatur idem: ſtrauit qui cede tirannum
Et contemptorē ſupū: cui cauda gerebat
Fortis equi ſine honore pie genetricis amenā
Angelicam vocē miſſam de mente tonantis:
Vnde ſuū mendoça trahit domꝰ icilita ſignū.
Natus es (vt video) felix: tibi nulla negauit
Stella micans placidos radiāti lumine vultꝰ.
Naſcēti: venus hic ſupero coniuncta tonanti
Affuit: ⁊ maia genitus monſtrauit ab alto
Flagrantes radios: fluxit quoqꝫ iupiter illo
Tēpore depoſitis flāmis tonitruqꝫ tremēdo.
Clarus erat locus ille poli nimiūqꝫ ſecundus
Queꝫ tenuit phebe: tante quō matris ab aluo
Prodires: nitiduſqꝫ alti per inania celi
Phebus iter faciens ſedes habitabat amicas.

falcifer ille ſenex: et mars furibundꝰ: ab illo
Tēpore terga dabāt: ſi te mars induit vllo
Ex vtero venientē habitu: dedit eſſe ferocē:
et cupidū cōferre manū cōtra agmina maurū.
Alhamam inuictis hoſtilibus vndiqꝫ ſeptā
Vrbibus: ob ȝarā furto raptaꝫ: impetit ardēs
Marchio: q̄ ſtirpe legioneus horrida claro
Gaditana tenet titulo freta: marte creatus.
Hanc vbi ſurreptā ſenſit rex barbarus vrbeꝫ:
Turbidus in furias verſus ſolio exilit alto.
Sceptraqꝫ deſperans turbato pectore vibrat.
Sāguineoſqꝫ mouēs oclos ꝓclamat ad aſtra.
Mahumetana fides abſis: maledictꝰ ab alto
Ethere precipiti venias ſub tartara lapſu
Maxime deceptor. mergatur in equore ꝓnꝰ:
Mēdaces q̄cunqꝫ tuas vult diſcere leges.
Quiqꝫ putat falſo ſupeꝝ te e ſanguine cretum.
currite iā ꝓceres: quibus eſt mea regna tueri:
Et mecū taꝫ dulce ſolū tenuiſſe tot annos
Ordine conceſſum fati: deſcriptio fiat.
Mittite ꝑ cūctas vrbes: perqꝫ oppida certos
Qui iubeant: quoſcunqꝫ vidēt etate virētes
Arma citos capere: teliſqꝫ exire paratis.
Haud mora. ꝑcon ū numerꝰ iā ꝑuolat igēs
Ere gemēs: mauras vrbes villaſqꝫ pererrat.
Quō primū fama eſt tr̄as vulgata ꝑ illas:
Impio regis populos ad bella vocari.
Qui valeāt tollerare eſtū: friguſqꝫ ſub armis:
Millia multa eq̄tuꝫ pariter peditūqꝫ coacta.
Rex vbi florētes videt aduenisse cateruas:
Totqꝫ acies: capit arma citus: ſua ſigna ſeq̄nt̄
Imperat. ante tamen turbato pectore fatur.
Leticiā vultu ſimulans ait. agmina fida
Atqꝫ accepta mihi: q̄ vos nūc cauſa vocarit:
Diſcite. q̄ veſtros timuit quādoqꝫ furores
Finibꝰ in ꝓprijs hiſpanꝰ miles: ad arma
Vos vocat. incurſu rapido: penetralia regni
Corripit: alhamā multos q̄ floruit annos
Sub nr̄a ditione adijtqꝫ: cepitqꝫ: tenetqꝫ
Hec vos o ſocij moueāt: ſi vincitis hoſtem:
Vxores: patriā: natos: vetereſqꝫ penates:
Hoc quoqꝫ qđ regni eſt: ⁊ religionis honores
Incolumes etiā cūcti repetetis ouātes.
Sin aduerſa ꝑmet vos (heu) fortūa: qđ abſit:
Eſt satiꝰ ꝓ laude mori: laribuſqꝫ paternis
Spargere ꝑ dulcē cara ⁊ ꝓ vxore cruorem:

Et natis: ꝓprijſqꝫ bonis: q̄ꝫ cernere corā
Omnia q̄ victi paciūtur ab hoſte ꝓteruo.
Ite igit̄ mecum tellis animiſqꝫ parati.
Diripite ⁊ ferro ⁊ flammis quoſcūqꝫ videtis
Irrupiſſe meos fines: hec irrita iactans
Scādit equū: rapiduſqꝫ volat. cūctiqꝫ ſecūt̄.
Ducit̄ in preceps: muros iaꝫ deſerit vrbis.
Et glomeratus equis cāpo ſe iactat aperto.
Applicat alhamā multis cū milibꝰ hoſtis.
Menia diſcurſu vario circūſonat armis.
Querit inacceſſos poſſit qua ſcandere muros:
Aut captare aditū. lupꝰ vt quē longa fatigat
Faucibꝰ aſtrictis rabies: ⁊ ſpectat ouile:
Balanteſqꝫ rotans audit ſub matribꝰ agnos.
Barbarꝰ haud aliter frendēs ⁊ concitꝰ ira
Quottidie bacchatur hiās: atqꝫ auia tētat.
Incluſi ſed enī ante oculos diſcrimē habentes
Forti animo muros vrbēqꝫ arcemqꝫ tuētur.
Donec ab immēſis bethis regionibꝰ apta
Auxilia aduētent. veniūt. hoſteſqꝫ fugant̄.
Et venit (aſt ſero) volitans rex ipſe: reditqꝫ
Alacer ad caram cōſortē: aſt comoda linquēs
Preſidia. obſeſſi ī patriā ſpolia āpla reportāt.
Quō vero ſeruāde vrbis tibi credita tāte
Inache cura fuit: vafrum vt veſana ſagaxqꝫ
Terreret fortuna tuū multa aſpera mōſtrans
Ingeniū: moreſqꝫ animi experiretur vt alti:
Muroꝝ ingentē late nox vna ruinam
Attulit: ⁊ ſocios magno terrore repleuit.
Inache quid referam: q̄ te prudētia rebꝰ
Rexerit attonituꝫ tantis: ⁊ fluctibus atris:
Intra vrbē clauſum: cuius vix moenia prima.
Virqꝫ fores noras comitatꝰ milite pauco.
Cōcurrūt ſiml' atqꝫ ſiml' multa horrida mētē
Cōcuſſura tuam: ſed tu imperterritꝰ omnem
Hoc primū luſtras vrbē: cogiſqꝫ timorē
Mittere: das animū cunctis: q̄ndoqꝫ minaci
Voce tonas: quādoqꝫ pia blādiris: vtrumqꝫ
Sic facis: vt ſubito ſedes vaga pectora motu.
Lucida dū obſcurū phebe luſtraret olimpū:
(Mirandū dictu) q̄ꝫ lux inimica veniret:
Tu priꝰ ingenio celeri: līguaqꝫ diſerta.
Ferre iubes ligni oē genꝰ: tabulaſqꝫ: trabeſqꝫ
Vimineaſqꝫ ſimul crates: hic linthea ſolers
Extendis: valloqꝫ ſup componis amictus.
In ſpetiem muri telas tahis ipſe mitētes.



Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pictorũ celeres dextre calamiqꝫ volucres:
Artificũqꝫ manꝰ ꝓperãt:⁊ iuſſa faceſſunt.
Nulla mora:oſtẽdis magnũ ĩpẽdere ꝑiclum
Omnibus:atqꝫ iſtas ꝓperẽt aptare:ꝑuſqꝫ
Accelerẽt hoſtes(cupiũt ſi viuere)lapſum.
Ante rotas aurora tuas opus oẽ paractũ eſt:
Quõ primũ nitidas ſol iũgere cepit habenas:
Fama replet mauri regis collapſa latenter
Auriculas:nr̃os tremere:obruta menia : letus
Inde vocat belli ꝓceres : iterꝝ arma reſumant
Impat:alhamã redeãt:viſant ue quid illic
Fata velint:faciũt iuſſa:⁊ noua ꝑlia tentãt.
At mauras cepit gens deſpectare phalanges:
Inſtructaſqꝫ acies cernẽs e turribus altis:
Armatoſqꝫ eqtes:clipeos:galeaſqꝫ corruſcas
Putribus in cãpis : arua ⁊ plena omnia telis.
Contremuere omnes veriti : ne ſentiat hoſtis
Agnoſcatqꝫ dolos:ꝙ ſi fors vlla dediſſet:
Actũ erat.inferrũ cuncti flamaſqꝫ furentes
Fuiſſent canibuſqꝫ forẽt data preda cibuſqꝫ.
Iã venit accitus gladio ⁊ reſonãtibus armis:
Et cataphratus equo muros iã circuit omnes
Hoſtis hiãs : iaculũ quãdoqꝫ emittit ĩ auras.
Quõ lacrimis bilẽ effũdẽs geminãſ ve dolorẽ:
Te trahere extra vrbẽ cupit:atqꝫ educere ĩ eqr
Tu vero( q̃a ſic voluit iuſſitqꝫ recedens
Ingruerẽt ſi bella tibi:rex optimus armis)
Claudere cõtinuo portas ⁊ cõpagibꝰ arctis:
Et capere arma iubes ſocioſ:⁊ ſcãdere muros.
Atqꝫ illinc validis defendere menia tellis.
Ac ſtruere ĩceptos trãs linea tegmina muros:
At quãuis cupiat certare electa iuuẽtus:
Et manibus cõferre manuſ:atqꝫ enſibꝰ enſes:
Tu lapſam reparas inuicto pectore molem.
Grata q̃es tibi nulla:iubes cõcurrite cũcti:
Saxa afferte citi:renouate:aptate ruinas
O ſocij:mox tuti erimus:tacitiqꝫ venite:
Et taciti fabricate intus ne ſentiat hoſtis
Nudatã muris vrbem.licet omnia leta
Frõte geras:rodũt tacite precordia cure.
Omnia metiris.compẽſas omnia caute.
Nũc bene cognoſcũt:ꝙ ſis demiſſus ab alto.
At nomẽ ſic forte genus te ducere ab illo
Inache crediderim: regnũ q̃ primus in argis
Obtinuit:liquidiſqꝫ dedit ſua nomina liphis.
decepti redeũt mauri:incolumeſqꝫ relinquunt.

Hec vbi rex ſenſit feruentẽ concipit iram.
Turget inexpletus gemitu:pectuſqꝫ fatigat.
Nõ mihi ſi triplex adamantina lingua darẽt:
Ter gemine fauces:poſſeꝫ numerare dolores:
Quoſ ignes vomeret:ſtrepituq̊ obtũdẽret aſtra
Quãdo optãs rerũ ſeriem ſibi dicier omnem:
Per fidos famulos fraudem cognouit acutã.
Collapſſos muros vallo teliſqꝫ repoſtos
Tamqꝫ cito ronouata fremit.tua menia ſenſu
Ut videt attonitus:quãto cũ pectore res ſit:
Deſperãs penitꝰ ſubito cũcta agmina ſoluit.
Seqꝫ ſue validis abſcõdit menibus vrbis.
Allhambra incluſus regali ſede vetuſta:
A proauis ſolido et candẽti marmore cõpta:
Ex ebore atqꝫ auro portas lataſqꝫ feneſtras
Et loca cuncta illic miro cõſtructa nitore
Eſſe ferunt:aiunt varioꝝ et ſculpta decenter
Magnoꝝ artificũ multa in penetralibꝰ illis:
Nititur ⁊ reliquas vrbes munire:locato
Preſidio triplici fida forti ue caterua.
Hec vbi nota tibi:celſo ſeu vertice montis
Deſpiciẽs cãpos ſublato pectore cernit
Quom leo cãdeſcẽs : fugiẽtem in equore tigrĩ:
Hinc pudor ⁊ v̊tus paulũ generoſa retardat:
Ira tamẽ ſuperãs planũ deducit in equor.
Et certare iubet:victiqꝫ haurire cruorẽ:
Sic tibi magnanimo ſurgunt noua ꝑlia mẽte.
iamqꝫ exire paras:quãuis tibi cura tuendi
Sola ſit alhamã.pudor ingẽs:oppida clauſa:
terga hoſtis:vacua arua v̊is: laudiſqꝫ cupido
Impellũt : v̊ſantqꝫ animũ ĩ diuerſa trahẽtes.
Ut factis famã extẽdas:vt vertice celſo
Sidera percutias.quoſdã q̃ in prelia tecũ
Ire parã iuuenes ſpolijs hoſtilibus auctos
Expertoſqꝫ opis belli quõ fortibus armis
Deligis.obſeruẽt alij ſine murmure muros
Precipis.hinc ſtructos acie facis ire per arua.
Ante volas galeatꝰ equo : das credere cãpis:
Uadis ĩ aduerſos hoſteſ:capis oppida:villas
Incẽdis:q̃cunqꝫ audent exire necanẽ:
Aut ſerui fiunt:trahis oĩa:⁊ oĩa vaſtas.
Curris ⁊ vſqꝫ hoſtis generoſo milite ad vrbẽ.
Ut veniens rapido lapſu montanus in aruum
Imbribus exauctus torrens ꝑ tecta feraꝝ
Cũcta trahit:corilos dẽſas: cũ q̃rcubꝰ ornos
Grãdia ſaxa ſimul:ſic tu queqꝫ obuia fiunt:

aut facis eſſe tua:aut ferro proſternis ⁊ igni.
Et reduces ſemꝑ ſocios intecta reducis.
Is ſemel atqꝫ iterꝝ rediens victricibꝰ armis.
Quid referam:q̃li ingenio quo deniqꝫ ſenſu
Iuſſeris expendi ꝓ deficiente moneta
Signatas carthas : erat his reuerentia nũmi
Stimate cõpreſſi:haud aliter q̃ꝫ ſi aurea vel ſi
Argẽto veteri maſſa hec cõpacta fuiſſet.
Regius inde tamẽ fiſcꝰ perſoluit ad vnguem:
Pacta fide mẽdoce tua.lacerant̃ inanes
Iã carthe.era ſonãt totã iam ſparſa ꝑ vrbem.
Quid ꝙ caſtalias ſiluas:laticeſqꝫ fluentes
Inache ſemper ames.pro te deſerta thalia
Premia ſepe capit clioqꝫ alieqꝫ ſorores.
Mẽſ quoqꝫ nõ patit̃ taceã ꝙ maximꝰ armis
Maximꝰ et virtute animi rex optimus vna
Quõ conſorte thori:qua vel preſtantior vnq̃ꝫ
Femina nulla fuit:q̃bꝰ es ſpes maxima belli
Electũ inter tot ꝓceres equiteſqꝫ duceſqꝫ
Et comites claros italas mãdarit ad oras
Ante deũ in terris:⁊ coram orare ſenatu
Cardineo:⁊ preſtare fidẽ obſeq̊umqꝫ referre:
Pro ſe ꝓqꝫ ſuis populis proqꝫ vrbibꝰ ãplis.
Hi duo ſunt vnus tantũ:licet hos videatis
Corporibꝰ geminis:tamẽ vno pectore viuũt.
Mẽte vna:tanta eſt animi cõcordia vtrinqꝫ.
Umbra hoĩs corpꝰ:ſed hõ ſub corꝑe mẽs eſt.
Terex ꝑtereo( q̃a vir )ſuper aſtra leuanda
Sacra thori ſocia eſt. tamiris regina ꝑ vrbes
Non tantũ valuit:ſaccarũ clara ʒarina:
Nõ vel amaʒonidũ dux pãtheſilea fuerunt
Magnanime tantũ.ſtringã breuiore tabella.
Nulla vnq̃ꝫ ĩ ſceptro viſa eſt tã mira virago.
Magnarũ rerum domina: imperijqꝫ potẽtis
Heres ipſa ab auis atauiſqꝫ et ſtirpe vetuſta.
Caſta viro.ad mortẽ ꝓ religione parata.
Mitteris:accediſqꝫ libens:tibi magna ptãs
Eſt data : continuit ceptos florentia greſſus:
Inde venis tacitus:miſſa florente caterua
Que te ꝑ montes:valles:ſaxa inuia:ventos:
Et pluuias perpeſſa graues pelagiqꝫ furores
Eſt comitata volẽſ:lachrymãti lumine forſan.
Uadis:et ante patrem ſummũ ſolioqꝫ ſedẽtis
Oſcula das pedibus:nudato vertice flexis
In trr̃am genibus.data quõ tibi copia fandi:
Cur ſolꝰ venias:tacita cur nocte:quid inſtes:

Quid ve feras aperis:que ſit ſententia regum
Nõ licuit mihi noſſe modos:aut v̊ba rogãtis
Terraꝝ dominũ:poſito ꝙ fulmine mẽtis
Cõſuleret tãdẽ populis : quos meſta mãcebat
Pauperies:pietate ſua ni tolleret omnes
De medio fluctꝰ rapidos:atqꝫ horrida bella.
Eſt mihi ſciſſe ſatis:ꝙ tu pars integra tãti
Muneris:inflatũ turbato pectore venas
Põtificẽ:quocũqꝫ modo:aut rationibꝰ ãplis
Flexeris.id ſatis eſt:flexiſti.⁊ cũcta q̃eſcunt.
Hec agiſ:et tacitus remeas comiteſqꝫ reuiſis.
Inde redis.tua te ſequit̃ numeroſa iuuẽtus.
Non ego trãſierim q̃nti tibi dẽtur honores.
Quali habitu romã intraris. clangore tubaꝝ
Letiſono comitante venis.q̃ timpana: que ve
Tibia tam recti q̃ꝫ flexi gutturis illo
Tẽpore cõtinuit ſonitũ:?q̃ femina:?qui vir:?
Quis puer:?aut iuuẽis:?nupte ĩnupteqꝫ puelle
Que manſere domi:?via q̃ non plena:?feneſtra
Que nõ fulta fuit:?te pretereũte quirites
Plaudebãt cũcti ⁊ leta tibi voce canebãt.
More patrũ veterũ.ſequitur quos curia tota
Nomine barbaries: mulier nec amica poetis
Nec laudi bene grata pie: diuoqȝ decori
Luſtra decem (longis exactis orbibus) ipſum
Arbitror ardentē phebum traxiſſe per anras:
Ex quo fata ingens dirumqȝ indicere bellum
Conſtituere mihi: martemqȝ incēdere contra
Demiſere viros ſuperi de ſede tonantis:
Sūmerſum elloquiū ceno: ſomnoqȝ grauatū
Qui excuterent: turpiqȝ ſitu confecta leuarent
Et colere inciperent lingue monumēta latine:



Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Laurento romaqꝫ ſua crudeliter acte.
Ex illo cecidere mihi de pectore vires:
Et tremere occepi celo minittante: ruinam
Vaticinata grauē: qđqꝫ hiciam pdita cerno.
Infelix dulci auſonia modo pulſa: putabam
Eligiſſe locum tutū: ſedēqꝫ quietā
Conſtruxiſſe mihi: ſi extremis orbis in oris
Finibus occidui: paruo hoc contēta laterem
Limite ⁊ europe reliqua ſi parte carerem.
Multo aliter ceſſit: zephyri clemētia fruſtra
Implorata mihi eſt: aliuꝫ reperiſſe philelphū
Sū viſa: atqꝫ aliū hic lappū cui turgida vena
Nec nō ⁊ vallā veterem: marſum ve begninū
Pomponi aut leti vigiles, reperiſſe lucernas:
Aut volſcum facilē: vel tot de vatibus vnum
Quos peperit latiū cōtra mea regna diſertos
Mercurio genitum referunt ⁊ nebride nipha
Antoni huic nomen: qui me ſequit̃ qꝫ fugatqꝫ
Per totā heſperiā, puer hic patriāqꝫ domūqꝫ
Et natale ſolum linquens: iuuenilia quondaꝫ
Tēpora cū muſis bacchoqꝫ ⁊ apolline triuit
In veteri italia: ad quam nūc ſe cōtulit omnis
Turba puellarum: cyrrha niſaq̄ relictis.
Hūc poſtq̄ꝫ virides lauros tereteſqꝫ corimbos
Iam meruiſſe ſibi vidit ſaturnia tellus:
Ad patriā antiquam properēti currere greſſu
Iuſſit: vt infirmo generit ſuccurreret: ⁊ me
Hiſpanis ageret terris: ſubitoqꝫ fugaret.
Quō pmū aduētare hominē meſtiſſima ſenſi
Atqꝫ aduerſa mihi penitus pia numina celi:
Et terra pelagoqꝫ ſimul fera bella parari:
Tartareas vires ſubito: noctiſqꝫ perēnis
Migrantes vmbras adii: qua dicitur aſtur
Camaſea ſpecu moriens deſcendere ad orcum
Si malus extiterit noſtro dum ſtaret in orbe
Theſiphonē: reliquaſqꝫ furens diſcordia ſecū
Duxit fautura mihi: populoſqꝫ p omnes
Heſperie occidui ſparſit ſua ſemina: dextra
Tabenti: rudiūqꝫ animos cōtraxit ad iram.
Nec ſtipes flāma armatus: nec tela: nec haſte
Nec potuere mine ingentes: ſtrictiqꝫ parctos
Inflexus gladii triuiorū: enſeſqꝫ corruſci.
Poſt multos varioſqꝫ metꝰ duroſqꝫ labores
Meqꝫ meoſqꝫ ſiml' vicit: ſtrauitqꝫ nec vultra
Me ſinit has penitꝰ terras habitare potētes
Deſertos igitur libye zoneqꝫ furentis
Saxoſos mōtes: nigri ⁊ vaſta equora bocchi
Pulſa peto: tūdeſqꝫ genas lacerāſqꝫ capillos
Hec effata graui ſonitu ſeuoqꝫ fragore
Ethera percutiens euanuit: atqꝫ ſub auras
Euecta horrentes: nuq̄ꝫ eſt mihi viſa ſequentꝫ:
Hec tibi ſignifico vates doctiſſime: ne te
Peniteat vigilaſſe intra grata antra ſororum
Ardalidū poſt hac: q̄ndo hec te gloria amice
Subſequitur: maleculta fugit tua noīa q̄ndo
Barbaries: tot regna tuis ſudoribus ex quo
Ornaſti: tua fama q̇bus volat alta ſub aſtra.

## ¶ P. Ma. Argumenta

librorū Plinii. quāuis aſſumpta hec materia carmen fugiat huc inſerenda duxi tamē.

Primus de libris quos plinius edidit ipſe
Cōſumēs operis dicta ⁊ ſpecies titulorꝫ
Sex ⁊ terdenum librorū dicitur index.
Sideraqꝫ ⁊ mūdū docet atqꝫ elemēta ſecūdꝰ.
Tercius europe geminoqꝫ ſinus. docet alter
Tertiū. ⁊ ī q̄nto deſcribitur africa. feruens
Sexto aſia. q̇d homo q̄s rex īuenerit addit
Septimus. octauo terrarū animalia queqꝫ
Squāmea t̃ba dat̃ nono. decimoqꝫ volucres.
Vndecimo inſectis lucus eſt. habet alter odora
Vimina. poſt iſtum peregrine munera plāte
Monſtrantur. palmes q̄rtūdecimū tenet. īde
Signatur queqꝫ ⁊ fructus facit arbor. ⁊ alter
Silueſtres claudit ramos. ſata ſiue ſerenda
Septimꝰ aſt decimꝰ pādit. de hic cōtinet alter
Agricolū curas cereriſqꝫ ⁊ premia ⁊ arma
Spartū atqꝫ hortēſes herbas ⁊ ſemina lini
Qui ſequitur narrat. quid proderit ⁊ medicine
Et dapibus veniēs de q̄libet arbore pandit.
Inſpicies poſt hūc variorū noīa florū.
De hic q̄ dēt herbe medicamina q̄ ve coronas
Alter ab arboribus vrbanis atqꝫ lico
Carpit morborum curas. ſilueſtribus alter.
Proximus oſtēdit q̄ntas q̄qꝫ herba renaſcens
Contineat vires. vltra hūc ſine fine furentes
Scribūtur morbi quos cōtra īducitur herba.
Poſt alie quedā mōſtrantur cum medicina
Viuaces herbe. ſequitur qui carne virili
Atqꝫ elephantinis demonſtrat carnibus alta
Rurſū poſſe dari medicamina ſi bene vertas.
Pone ſubit ſubito qui auctorum nomina dicit
Cū reliquis q̄ terra tenet medicatibus apta.
Tunc magicas artes ⁊ qui celebrauerit illas
Nominat. ⁊ mēbris iterum p̄ſtare iuuamen
Non ſinit: vt mōſtris poſſit medicina parari
Aequoreis aperit. poſt hūc tū inde renarrat
Cetera q̄ pontū inhabitāt. dimiſſa medela
Auro ⁊ argento ſermo datur. alter habet rem
Aeris ⁊ artificum: tunc plūbea lamina fertur
Poſt hec picturis picturarūqꝫ magiſtris
Donatur ſedes variiſqꝫ coloribus. ⁊ iam
Imponens operi finem ſic plinius alba
Marmora d̊ſcribit lapidiqꝫ āte vltima duro
Mādatur ſedes. gēme tūc oīa claudunt
Fabritius antiſtes camerinus his verſibus ſine titulo ⁊ eo inſcio cubiculi foribus affixis dormientem martyrē excitauit.
Quiſquis es vmbroſis vates nutritus in ātris
Pieridum quid ſtas? dic rogo: q̇d ve ſiles?
An ſanctas ideo lauros vt amice taceres
Carpſiſti? aut latices ex helicone ſacros?
Forte putas nullum tibi reſpondere poetam
Qui q̄at? aut reſonos reddere voce modos.
Sunt hic caſtalio iuuenes quos iucitat oſtro
Cynthius: ⁊ quibꝰ eſt pallas amica ſenex.
Ergo age rumpe ſacer tam lōga ſilētia vates:
Incipe dulciſonam ſolicitare chelim.

## ¶ Affixis reſpondet. P. Mar. carminibus.

Cur lateas q̇cūqꝫ venis mea limina tētans
Carminibus: miror clare poeta ſatis.
Cur titulo careāt tua carmina q̄rimus auctor:
Quom ſint mellifluis illa coacta modis.
Nō tibi forte datū eſt naſcenti nomē honeſtū?
Aut forſā muſas te reperiſſe pudet?
Non ſūt ardalidū tā vilia ſigna ſororum:
Quanuis ſint filo paupere texta nimis.
Neue meos fugias vultus p̄cor optime vetes.
Non ſum ſiſiphia (ſic puto) natus humo.
Cui ſcribā ignoro: paries mea ſuſtinet idem
Carmina cui data ſunt miles amice tua.

## ¶ Reſcripſit antiſte et poſuit nomen ſuum in principiis carminum.

Fecimus incomptos quare ſine noīe verſus:
Accipe apollinea vir celebrande lyra.
Barbara non quia ſint mihi noīa: defuit: illud
Romano fertur tale fuiſſe duci.
Immeritum nec q̄ pudeat me dicere alūnū
Teſpiadū: aut clario thura dediſſe deo
Iudicium notus tantum ipſe ſubire timebam
Vatis: fama polo cuius vtroqꝫ viget.
Sed cupidum poſtq̄ꝫ vido te noſcere qui ſim:
Cerne meum primis nomen in eſſe notis.

## Ne ſe iactet antiſtes martyrem

nominis inſertiōe ſuperaſſe ſi aduerteris inuenies in ſecūdis carminum litteris Petrus Martyr Mediolanenſis. in ſequētibus aūt verſibus aduerte iterum inſertas has dictiōes omnes (Petrus Martyr Fabritio epiſcopo camerino) ſed alio ordine. Nam in prima exametri: primā inuenies. litteram. in ſecunda pentametri autē: ſecūdā. in ſecundi exametri prima tertiā ſui nominis litteram. in ſecūda ſecūdi pētametri: quartā. ⁊ ſic d̊ ſingulis ad calcem vſqꝫ ad carmeu redeo in ſecundis carminū lr̃is noīa martyris inuenies vſqꝫ ad carmē pditur inde iteꝝ in p̄mis exametri ⁊ ſecūdis pētametri noīa vtriuſqꝫ ⁊ ep̄i ⁊ ipſius vatis.
Apta iocis leuibus nōdū mea ceſſerat etas
Nec mihi adhuc tenero tinxerat ora pilus:
Vt ſacros latices poſſem mihi ſūmere montis
Tractabā pedibus nocte dieqꝫ vias.
Ludebā radice ſedens: quandoqꝫ premebā
Aſpera ſaxa manu: pieridūqꝫ domos.
Eminus aſſurgit venienti et pluribus vna
Magnaqꝫ v̇ba ſonās: hec mihi voce dedit.
Fruſtra iter eſt p nr̃a puer loca rupta lareſqꝫ
Et teneros vt quid queris amice choros?
Mille annos vacuo miſere req̇euimus antro:
Fregimus innumeris plectra fideſqꝫ modis.
Omnia vendidimus: libros: armaria ⁊ arcas:
Mecenas vbi nūc: hei mihi nr̃ amor:
Ad furibunda igitur confer te martia ſigna:
Diſce vel horriſoni iurgia magna fori.
Nos tamē vmbriferos dabimꝰ te viſere colles
Floribꝰ incinctos: ſed ſine pane domū.
Care puer teneros donec per laberis annos:
Vnde tibi veniant munera diſce aliud.
Hec dedit ⁊ captum dextra me duxit ad antrū



Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

In quo dulciſonos tunc cecinere modos.
Aſperi e ſiluis muſas: a limine ſenſi:
Mille pios illas ſpargere ab ore ſonos:
Eſſe ſuus tiro volui: piget vnde fuiſſe:
Eſt mihi lena patens: ruptaqȝ texta ſimul.
Proditur ecce genu: digitos oſtendere plante
Cepiſſent: ſequerer ſi ſua caſtra diu.
Territus inſtitui penitus dimittere pulchras
Ardalidas: q̄ꝫq̄ꝫ tarda ſit iſta dies.
Viuebam pendente cheli: plectriſqȝ: fideqȝ:
Aſtabant viridi cuncta adoperta ſitu.
Me tua torpentem quatiunt: longoqȝ ſopore
Carmina me excutiūt: ⁊ vigilare iubent.
Reſtituere mee menti tua carmina vires:
Ut feſſis eſtu ventus ⁊ vmbra leuis.
Intremuit cum voce manus: tua noīa poſq̄ꝫ
Grata nimis ſenſi: p̄ſul hōeſte: decens
Fundite nunc muſe cantus ⁊ gaudia noſtra
Pandite: ⁊ aſſolito dicite multa pede.
Blādaqȝ fabritio date carmina: digna poete
Grandia cui dantur munera quotidie.
Ille poteſt q̄cunqȝ cupit cantare ſub vmbra:
Et tetigit latices ore. manu: pedibus.
Ille deos habuit cyrheniſqȝ fideles:
Continua diues anxietate caret.
Eſt dñs: fortuna illi dedit eſſe potentem
Aptus ab hoc nullo tempore ſeruus abeſt
Illa meum nunq̄ꝫ vidit penetralia lumē:
A ſacris foribus copia nulla datur
Cyrrheus cuſtos: tenere quoqȝ cōſitor vue:
Non dant ferre meū laurea ſerta caput.
Pauptaſqȝ grauis: ꝓhibet me tāgere tirſum
Cogit ⁊ ī tenebris linquere plectra: lyram.
Cogit ſervātes vitam me querere fructus:
Sanctaqȝ virtutis linquere dona pie.
Magne tamen: claros inter ſup aſtra vocate:
Felix fortune dotibus ⁊ genii.
Reddam thura deis: ꝙ me temptare fuiſti
Dignatus: pulicem tu generoſe leo.
Nominis ⁊ tituli ſi vis tibi ſcire figuras:
Conſpicerite notas: carmina cuncta legens.
¶ Baptiſte ſſondrato conſiliario ⁊ iohanni galerato camerario qui ex hiſpania iter facientes fere naufragium paſſi tempeſtatem ſuam Petro Martyri ſignificarūt hos verſus dat oratores erant ducis mediolam.

Quom primū hiſpane liq̄ſtis littora terre
Herculeas vndas: intumuiſſe ferunt
Intonuit mundus: vicit nox horrida lucem.
Aetherea micuit fulgur ab arce graue.
Irroraſſe aiunt fluctus ⁊ ſidera celi.
Atqȝ aperiſſe iterum tartara ſenta ditis:
Mutaſtis: tremuliqȝ manus cū voce leuaſtis:
Ex venere haud aliter q̄ꝫ iouis ille nepos.
Miſiſſe coliis neptunū creditis antris
Vorticibus crudis illa fluenta: nego.
Dorida: cymothoen: tethim: reliq̄s ve puellas
Aequoreas: certum eſt hos agitaſſe metus.
Formo ſi ibatis cuncti: formoſa iuuentus:
Formoſis placuit: quod placet id volumus
Vos vbi ſenſerunt naui ſua regna petiſſe:
Et vetule ⁊ iuuenes proſiliere ſimul.
Atqȝ dioneo cunctate numine: vaſti
Turbauere maris per vada cuncta ſolum.
Sic implere auidos ſperabant poſſe lacertos:
Et coniugales ſic renouare thoros.
Pro ſenibꝰ iuuenes cupiebat habere maritos:
Propterea emota eſt illa marina cohors.
Et ni ventorum regē ad ſicula antra vocaſſent.
Deflentes miſeram perpetuamqȝ notam:
Zelo tipi nereus: phorcus: melicerta: palemon:
Cum glauco ⁊ triton occeanuſqȝ ſenes:
Actū erat ī piſces cōuerſi ī marmore nantes
Nec mulas vltra nec cuperetis equos.

## P. Mar. Petro couarruuias burgenſi abbati ceruatenſi.

Carmine ceruaton ſolatur martyr amicum.

Audiui ceruate tuum fata impia patrem
Carpſiſſe e medio q̄ tibi numen erat:
Et plāxiſſe genas māibus: lachrimiſqȝ rigaſſe
Diceris: atqȝ animū proſtituiſſe tuum.
Deſine iam ſupos fletu grauibuſqȝ querelis
Cōcutere: ⁊ ſtrepitu: quos tenet alta quies.
Diis (q̄ꝫuis faciles.) tamen eſt ſentēcia firma.
Nec vertunt nuq̄ꝫ quod ſtatuere ſemel.
Terge oculos igitur: nec plus concede dolori.
Martyris aduentum ſuſcipe fronte pia.

Qui te per mōtes: valles: ſaxa inuia querit:
Ille idem martyr quem tibi roma dedit.

## ¶ Ad eundem. Pe. couaruuias abbatē quō burgis eēt ocioſus martyr curiam expectans.

Credebas ceruate tuum ꝙ limen adirem
Ter q̄ter atqȝ iterū: ductꝰ amore tui:
Falleris. huc venio quō ſit mihi nulla negoci
Copia: dū veīat curia grata mihi
Urbem per totam flecto ſubtriſtis habenas:
Eſt hac qui placeat nullus in vrbe locus.
Nec quiſq̄ꝫ occurrit qui ſit mihi notus ī ipſa:
Omnia cum deſint: anxius huc redeo.
Hec habeas cur te querā: ſeu ſurgat appollo
Seu medium teneat: ſeu cadat oceano
Hec volui. ne te reddat fortuna tumentem
Aduentu noſtro: ſignificare tibi.
Molliter illa tibi ſi ridet ⁊ aſpera. nobis:
Viuam ego perpetuus tu moricre cito.
Tu tamen ⁊ mecū viues: fieſq̄ꝫ perennis:
Si viuens noſtro carmine dignus eris.
Seruat enī quē cura ingēs: animuſq̄ꝫ poete
Unicus ille poteſt poſteritate frui.
Imperiū: dyadema triplex: ⁊ regna: poteſtas
Omnis: pretereunt carmina ſi taceant.
Regales trabee: gēmataq̄ꝫ pocula: veſtes
Purpuree peunt: carmine cuncta virent.
Turriteq̄ꝫ vrbes: equate nubibus arces:
Alta theatra cadunt: carmina ſola manent:

Ad eundem.

Aufugio: veniā: fuero quō falſus: adulter
Aut quō leno vorax: aut cytharedꝰ ero.

Ad eundem.

Muſae deficiunt peuntq̄ꝫ fameq̄ꝫ ſitiq̄ꝫ:
Laxaqȝ rugoſa pelle crumena iacet.

Ad ſixtum quartū pontificē maximum.

Sidere perpetuo chriſtus decorauit olympū:
Urbē tu renouans atria: tēpla: vias.

Ad eundē poſt ꝓfligatū Alfōſū Calabrie ducem Romam hoſtili manu infeſtantem.

Porſena ꝑ coclē ꝑmiſ: ver illa camillus
Deportat: calabrū tu iacis vrbe ducem.

Ad franciſcum ſaturniū gubernatoris Rheatini nepotem.

Spectas non aliter manibus conuiuia nexis
Quam pheretro natum ſi fleat orba parens.

Ad paulū goffū gubernatoris cubiculariū

Cercopitecus eras: quā nūc es ſimia turpis:
Nam tibi ſublata eſt: que modo cauda fuit.

De ceſarie ſciſa ad eundem.

Quō tibi teutonico ritu coma texerat armos:
Nomine paulus eras: nunc bene goffus eris.

Idem ad eundem.

Ut ſe proſpectat pauo ſic paule ſolebas
Ceſariem: ſed nunc lumina figis humo.

De natura inſtitutiua leonis: loquentem inducit leonem.

Rex ego ſum cunctis animalibus ipſa crauit
Que natura potēs. naſcor ſine noīe corpus.
Me genitrix natū lambit formatqȝ iacentem
Exanimum: funditqȝ aīam ſtridore frementi.
Tercia lux viuū terre me mandat alendum.
Tricriniſqȝ corona tenet caput acre feroxqȝ.
Pectore ſū forti vilus quod circuit. ortus
Eſt mihi purpureus: fuluum toruumqȝ deīde
Me labor ipſe facit. calido ſū vellere tūc quō
Urget hyems: rorē capio (ſi feruidus eſtus
Exurit terras: ſolis ſufferre furores
Ut valeam) quō luna rotis circūdat olympū.
Atqȝ ſuper vacuos vello pectoqȝ capillos.
Quō me ſomnꝰ habet vigilo. ſepe inter eū dū
Verto oclōs. abſcōdo vngues. vī lūine mōſtro
Si me quō ſpectant deſit reuerentia: turbor
Iraſcor ſi me recta quis fronte tuetur.
Sentio peccantē vxorem: ſpernoqȝ in honeſtā
Ni prius ipa lauet ſeſe tergatqȝ decenter.
Et natos conoſco meos quos diligo amoqȝ.
Nil p̄ter flāmas timeo ſtrepitumqȝ rotarum
Et tremo ſi catulum corā me forte flagellent.
Defendo terram genitricem opto ipē rogari:
Subiectis parco: rapio laceroqȝ ſuperbos.
Immemor accepti damni ⁊ ſi confero quicq̄ꝫ
Grati: non recolo vulterius. ſi rite requires:
Magnāimū corde iuenies me ⁊ pectore firmo
Formidant noſtras voces animalia cuncta.
Quom me venator querit veſtigia cauda
Deleo: ſic cautus verto meditata ſequentum:
Saltu non curſu fugiens. ego vincere aperte
Contendo: inſidias ſpernens aſtuſqȝ doloſos
Paſco multa meis predis animalia que me



Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sectantur:natura quibus nulla arma pauit
Has leges doteſqꝫ meas moreſqꝫ vigentes
Mens numeraſſe fuit: ne ſi me forte leonem
Quadrupedū ꝺ ꝛba aliqꝺ ſine honore metuqꝫ
Tractarit:ſciuiſſe neget:quō multa ſequetur
Admiſſum:penam ve dari ſine jure queratur.

# ¶ Ad diuum bernardinū

Carauaial ꝺ aſſumptione ad cardinalatū circiter equinoctium autūnale.

Neſcio qꝺ gradibꝰ ſapidiſſima libra fugarat
 De medio celi tramite ſolis equos:
Alma,ſoror phebi:fratri contraria ſemper
 Ceperat alternas iam ſuperare vices.
Ducentē choreas quō ſenſi aſtante marito
 Thethida iam veterē:nereideſqꝫ pias.
Omnia quō vario reſonarent littora cantu
 Et placidas tritō ere cieret aquas.
Vidi etiam mōtes:valles ⁊ flumina:⁊ herbas
 Et ſata cum plantis continuaſſe modos.
Ducebant fauni ⁊ ſatyri dryadeſqꝫ decentes:
 Quicq̇d ⁊ hiſpano cingitur axe choros.
Gaudia ſcrutanti quare hec tā magna:iociqꝫ:
 Cauſa aures patulas ꝑculit vna mihi:
Quod te cardineo tandē decorarat honore
 Sextus alexander:noſter in orbe deus.
Quare age iā fidei noſtre firmiſſime poſtis:
 Doctrinam ⁊ doctos non minus īde colas.
Si cupis eternū nomen famāqꝫ perennem:
 Non ſit pegaſidū nūc tibi cura minor.

Ad. D.falconem patricium quiritem theſaurarium pontifiſcium.

Falco genus veterū ducis qui a ſtirpe quiritū
 Nulla parte tuis patribus inferior:
Ad portus placidos:ſtellā quā nauta ſequaꝛ
 Eligit: vt tutus hac duce carpat iter.
Sic miſeram q̇cunqꝫ cupit detrudere ſortem:
 Que colat in terris numina magna legit.
His(mētis monumēta ſue vt teſtētur amorē)
 Dant alij veſtes mittit ⁊ alter equos.
Ille canes:aulea alius pulcherrima mandat:
 Hic celeres mulas:mittit ⁊ ille dapes.
Tu mihi falco pium numē:te ſydus adoro:
 Continuus q̄ꝫq̄ꝫ non tua caſtra ſequar.
Carmina ſola habeo q̄ꝺ dē tibi: pignꝰ amoris
 Eſt mihi nil aliud:carmina ſola cape.
Carminibꝰ viuūt prohibēt quos viuere ꝑce:
 Si modo vita datur moribus acta probis.
Sint igiꝛ tibi cara magis mea carmina falco:
 Quam parij lapides q̄ꝫ lepores ⁊ equi.

Ad quēdā q̇ ſe a genere iactabat ⁊ diuitis ſine prudentia.

Sis licet ingenus clariſqꝫ parentibus ortus
 Eſſe tamē vel ſic beſtia magna potes
Sint tibi diuitie ſit larga ⁊ mūda ſupellex
 Eſſe tamen vel ſic beſtia magna potes
Sis licet ⁊ doctus iuriſqꝫ vtriuſqꝫ peritus
 Eſſe tamen vel ſic beſtia magna potes
Omnia ſi fueris niſi ſit prudētia tecum
 Magna quidem dico beſtia ſemꝑ eris

Ad theodorū amicū galli regis ꝯſiliariū:

Confuſū:abſtractū cur me theodore fatigas?
 Cur me chelim q̄ iam ſemi ſepulta iacet?
Cur cytharā neruoſqꝫ leues nūeroſqꝫ relictos
 Excutis:hec triſti ſunt cooperta ſitu.
Grandia num mētis noſti ocia carmē amare?
 Meqꝫ p̄mi grauibꝰ num theodore malis?
Si q̇s erit cui parta q̇es cui nulla procella.
 Huic te patronum diſcipulumqꝫ dica.
Incidit ī duros ſcopulos mea nauis: habenis
 Abruptis. deſunt lintea:temo fratis.
Me ſinito cui nulla ſalus cui nulla relicta eſt
 Spes bona:ſunt contra ſidera: terra: fretū.
Nonne vides q̄ꝫ cruda regat ſors tēpora nr̄a.
 Quis poterit latro iam retinere pedem?
Quis cernet ſiccis oculis miſerabile ſeclum?
 Quis rerū ignaros ferre poteſt dominos?
Quis locus eſt cuiq̄ꝫ latio niſi forte petauro?
 Aut ſcurre aut patri q̇ dederit genitam?
Hic ⁊ adulator letetur ⁊ inde ſuſurro
 Adueniat:noſtro hoc his erit orbe locus
Aſt ego diffugiam(velut a ſerpentibus ipſis)
 Et cito querenda eſt altera terra mihi.
Cetera que fugiam taceo. expectare ruinam
 Nutantis latij non volo quam video.

Liberauit quō eſſet gubernatoris rōe ſecretariꝰ atqꝫ ad modū iuuenis. P. M. frāciſcā ſexdecēnē papiēſē cuiꝰ domū igni ⁊ armis obſederat populus romanus. in vindictam bernardini de ſanguineis patricij qui ante puelle fores fuerat ob zeloti piam a quibuſdam gallis cardinalis endegauēſis interemptus. petit igitur ab vrbis ſenatore vt etiam ipſe illam ſoluat q̄n doquidē ſine crimine reperitur:detinebat enim eam vt (an eius culpa tam grāde facinus accidiſſet quo viri quinqꝫ fuerūt interempti) ꝑdiſceret. febriqꝫ ſenator ipſe laborabat.

Carle comes:miles aurate:⁊ clare ſenator
 Arbitrium cuius romula terra timet
Māda orbi tādē(q̄ndo ſine crimīe.) pulchrā
 Franciſcam:e diro carcere mitte foras.
Da mundo flauos crines oculoſqꝫ micantes:
 Ceruicem roſeam purpureaſqꝫ genas
Os quoqꝫ mellifluū rogo da celeſtia colla:
 Pectora mitte foras candidiora niue.
Quid ꝑtes numero cūctas? q̇d inane fatigor?
 Vis dicam breuius? da ſine labe meam.
Quid potuit meruiſſe mali ram pura decēſqꝫ
 Simplicitas placiduꝫ quid ſine felle iecur?
Lapſa polo terras habitat formoſa puella
 Quam niſi celeſtes non genuere manus:
Concurrunt iuuenes: vnus veneratur: amaꝛ.
 Itqꝫ reditqꝫ frequens cetera turba procum
Alter ⁊ alterius preſſerunt corpora ferro
 Impleruntqꝫ vias ſanguine quiſqꝫ ſuo
Tam ſeuū mādaſſe nephas frāciſca putatur?
 Non iacet in mitti pectore mortis amor
Torſiſti miſere teneros ſine iure lacertos
 Iuſſerunt fieri ſic tibi iura tamen
Non erat in culpa:culpam fas querere. quare
 Iure ſolet recipi quod ſine iure datur
Sed quo muſa ruis? cur das hec tēpora q̄ſtu
 Cuius in arbitrio eſt ſuplice voce roga.
Cui capitolino in ſolio ⁊ ſtatione quirini
 Pontificis iuſſu reddere iura datum eſt
Solue verecundam faciē:corpuſqꝫ venuſtum
 Omni parte ſui:carole ſolue citus
Si cupis vt redeant vires habituſqꝫ priores
 Vadat ⁊ inuentos tota ruina mali

¶ Adriane molis prefectus hieroſolimitanus patriarcha rapuit emiſſam hanc enim amauerat antea: q̄ꝫuis nondum habitam. Quom intra molem igitur (que ſancti angeli caſtellum eſt) clauſam teneret vſurariā. Pe. Martyr in formam dialogi cum capitolini carceris magiſtro ſortem ſuam miſerabiliter deflet cōqueſtꝰ prius de muſis.

Laxares ſine labe illam:ſine crimine carle:
 Fuderunt varias carmina noſtra preces.
Heu mihi cur miſero dictaſtis dira camene
 Carmina:que peterent dona latura necē?
En quid caſtalias ſiluas ortoſqꝫ virentes
 Abciſi ⁊ cythare non placuere mihi?
En quid ego in veſtras ſedes incenda miſi?
 Sum dedignatus continuaſſe choros?
En ſeui inter vos odia? aut mactaſſe putatis
 Orphea calliopes:fatidicumqꝫ deum
Iuſſiſtis calamo lachrymiſqꝫ p̄carer abortis
 Quod mitteretur noſtra puella foras
Nunc vbi ſit quero: montes valleſqꝫ fatigo
 Saucius: ⁊ nuſq̄ꝫ eſt illa reperta mihi
Mentis inops(vbi erat)capitolia ſepe req̇ro
 Sed non inuenio cur ſine labe meam
Hic erat exclamo. dic dic. iuniane magiſter
 Carceris in cuius federe noſtra fuit
Quis lupus aduenīēs raptauit gaudia noſtra
 Dic vbi(ſi vales)dulcis amica mea eſt.
Martyr ab effectu martyr:patiare rogamus
 Saxeus hanc clauſam mōs adrianꝰ habet
Quod ꝺtenta foret miſere grauiterqꝫ dolebas:
 Sit dimiſſa foras nunc ſine fine gemis
carcer erat fateor thalamꝰ quo clauſa mācebat:
 Sed tamen obſcenus non erat ille locus
Nō abſtruſa nimis ſtabat non victa cathenis
 Per totam poterat ſtare vel ire domum
Tāgendi teneros artus corpuſqꝫ venuſtum
 Eripiebatur copia ſola mihi
Saltem illam quotiēs cupiebam velle videre
 Cernebam nec erat tunc mihi clauſa via
Nulla mihi nūc poſſedatur ſpectare facultas
 Sideros oculos ambroſiaſqꝫ genas
Nec datur vlterius ſentire ⁊ reddere voces
 Oris mellifluí gutturis ⁊ niuei.
Tu tibi cauſa mali p̄hēſaſti tu ipſe ſecurim
 Nec niſi fers telo vulnera facta tuo
Poſſidet hanc alius cui ſe franciſca dicauit
 Qui ditem faciem:donaqꝫ plura dabi.



Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Mentiris: veniat ceſar qui ſubdidit orbem
Det mare det terras: huic ego plura dedi
Matri: nutrici: genitori eſt debita primum
Si bene veſtigas non minus ipſa mihi
Ignibus e medijs ⁊ ſtrictis enſibus illam
Eripui atqȝ aſtu morte redempta meo eſt
Alter habet ceruos: ceruis ego rethe tetendi
Non ſibi ſic vinū portat aſellus inhers
Ipſe agrum ſeui ſed meſſes colligit alter
Non ſibi ſic vites ruſtica turba putat
Ipſe domum ſtruxi ſtructam ſed poſſidet alter
Non ſibi ſic campos durus arator arat.

¶ Exierat irata patriarce d mole adriani quā ardebat Pe. Mar. puella quādo ab eius limine (accitus tamen ab ea) pulſus a cuſtode hec edidit imoderato furore pcitꝰ adhuc imberbis.

Quis furor h: q dira iacet ſub pectore plaga?
Qd magicū carmē: q data philtra nocēt?
Unde venit? venit vn mihi tā feruidus ardor?
Que leue cor lacerat tam furibunda lues?
Quis dolor ābeſaſ abſūmit aduſqȝ medullaſ?
Que rabies: tenera quis mihi mēte tremor?
Cur ſpem viſendi mihi das mea gaudia: ſi nō
Uis videant? feci quid tibi ſeue puer?
Iam cupidus: iam letus eo: ad mādata puelle
Quom ſenſi adriaca mole tuliſſe pedem
Grata mihi nimium dextra vix limina pulſo
Dent aditū famuli voce tremente peto.
Obuius efficitur quidam barbatus acerbo
Uultu: prolixa eſt cui toga: barba: coma.
Que tibi cauſa vie? quid vis temerarie? latrat
Hinc abeas: baculo ne feriare caue.
Tunc ego pſtratus palmiſqȝ ad ſidera iūctis
Oraui: audiret que mihi cauſa vie
Per flāmas: p ſtrictam aciē: p fulgura vulgi
Preda eſt de rapidis hec mihi rapta lupis.
Non tn̄ aut tactus teneros aut oſcula quero
Non paphie veneris dulcia furta peto
Ante illam detur ſolum mihi copia fandi
Atqȝ aliquos qſtꝰ ſpargere cū lachrymis.
Hec ego: at ille tn̄ ſaxoſo pectore clamat:
Fidus ero cuſtos. claudit: abitqȝ furens.
Que pēna aut q ligua poteſt narrare: recedūt
Senſus ⁊ inuentos ſpiritus omnis abit.

At poſtq̄ȝ rediere mihi cum ſanguine vires:
Et gelidus tremulo ceſſit ab ore rigor:
Non tantos fletꝰ ſparſi quom morte maligna
Ante diem iuueni raptus vterqȝ parens
Nam pater horrēti morbo cū peſte nephāda:
De ſtomacho (rupto ſanguine) mater obit
Sunt he: ſunt artes qbꝰ es pharetrate cupido
Tam grandis? mōſtras nil niſi flere: pati
Proh dolor o rabide: o cece: o ſcelerate pterue
Nude ferox: lanias cur mea mēbra puer
Heu ſocij heu dn̄i: necnon vos turba penatū:
Fixaqȝ perpetuo ſidera cuncta polo
Conſilium preſtate pium: pſtate iuuamen
Phebe: venus: veſtro nū mihi fertis opē?
Iam me fata vocant. iā ſum repetitꝰ ab auris
Aethereis: rumpunt. fila ſeuera dee.
Talibus exhauſtum curis proſpexit ab alto
Iupiter ⁊ miſero prebuit almus opem.
Intus erant varij ſtrepitus: ⁊ iurgia multa
Nota dedit cuncta hec: rimula parua mihi.
Extendo patulas aures: in limine porte.
Hereo: vix viuū ſuſtinet illa caput.
Auſcultans clamātē audiui ⁊ dira minantem
Barbato ꝙ me clauſerit ille foris.
Uitalis vox illa fuit. verba illa furentis
Reſtituere mihi corpus ⁊ hanc animam
Hem q̄ȝ dulce mihi furit ⁊ q̄ȝ triſte minatur
Barbato: totam circuit illa domum
Nunc hac nūc illac diſcurrit ⁊ anxia clamat
I: petito: adueniat: querito: curre vola.
Quo furijs agitata ruis? quid pdita poſcis?
Da faciles aures ⁊ mea dicta tene.
Ut primum ſenſit noſter dux magnus iarbas
Huc retuliſſe pedem: me in ſua tecta vocat
Dixit: ſi ſapiens fueris prudenſqȝ videbo
Caraqȝ ſi fuerit gratia noſtra tibi
Eſt grauiter verbo digitoqȝ minatus vtriqȝ
Si quēq̄ȝ patiar limen inire meum
Premia multa dabit: ſi te ſeruabis honeſtam
Proderit hei felix q̄ȝ tibi caſtus amor.
Hec barbatus ait. reſpondet fronte iocoſa
Deridente hominem noſtra puella ferum.
Barbate auſculta. dixit tibi noſter iarbas
Si ſapies: nullus limina noſtra petet?
Aſt ego dico aliud: ſapies ſi: illuȝ ipſe vocabis
Inuenies: voluens quotquot in vrbe vias.

Sic tibi debebo (fuerit dum vita ſuperſtes)
Martyris amplexus tu mihi ſi dederis
Si minus adiuro per tela cupidinis acri
Per venerem que nūc me ſine fine pmit:
Omne genꝰ barbate tuū ſobolemqȝ tuorum
Deuoueam ad ſtygios pſequar vſqȝ lacus
Cur ego diuitias grandes aulea ſuperba
Ornatos thalamos chriſolitoſqȝ graues
Neglexi? ⁊ plures ſtratos alto ordine lectos
Lintea aragnea viſa peracta manu
Lodices flauoqȝ auro tirioqȝ miciantes
Murice: tot famulos cur renuiſſe putas?
Ut facerem que iuſſit amor tot dona reliqui
Spreui cū dn̄o qcqd habet dominꝰ
Uade igit̄: reſpōde nihil: mea brachia martyr
Impleat. eſto ruāt ſidera: terra mare.

# P. M. Angl. conſiliarij

Regij prothonotarij ſaphicō iuſſu heliſabeth regine dicendum inter ſacra ante euangelium iuſſit incipi a pronoſticho cene.

Chriſtus in cena cecinit tremendum
Terminum mortis cito iam future.
Dixit auctorem ſceleris iacentis
Pectore diro.
Inde ſub triſtis petijt propinquum
Hortulum: ⁊ ſtratus genibuſqȝ flexis
Sic rogat: fundēs gelidum cruorem
Corpore toto:
Tranſeat ſi vis genitor timendus
Hic calix a me. tua ſed voluntas
Fiat in terris: velut arce celi
Tempore in omni.
Oſculum iudas dedit inde ſacro
Uultui vendens dominum potentem
Ad quid huic chriſtus lachrymans veniſti
Inquit amice?
Irruunt poſt hec celeres miniſtri:
Et dei natum capiunt volentem:
Ac velut furem rapiunt ad arcta
Uincula ſerui.
Proh deus. ceco populus furore
Concitus clamat: crucefige preſes
Hunc reum: cunctos proceres proterue.
Inſcius vrgens.
Traditur ſanctus populo petenti:
Publicus latro barrabas remitti
Cogitur: quanuis cuperet pilatus.
Soluere chriſtum.
Alapis: pugnis: grauibus flagellis:
Collaphis: ſpinis macerant tonantis
Corpus immenſo pia membra iuſti
Sanguine ſpargunt.
Uulgus ignarum petulans fluebat:
Et crucem laſſis humeris ferentem
Iurgijs illum ſtimulans premebat
Ore procaci.
Innocens inter geminos nocentes
Tenditur nudus dominator orbis:
Dux quaſi magni ſceleris fuiſſet
Rector olimpi.
Ictibus crudis: maleo recuſſa
Figitur clauis/manus illa clemens:
Sepe que egrotis facilem ſolebat
Ferre ſalutem.
Et pedes ambos properare promptos
Si quis interdum bonus expetebat:
Perforat tortor pietate nulla
Motus in ipſum.
Lanceam poſt hec alius trementem
Accipit miles valido lacerto:
Ac ferit chriſti latus inocentis
Corde frementi.
Sanguinis ſacri cadit vnda torrens
E pio vultu refluens ad ima
Non minus q̄ȝ ſi plueret ſupremus
Riuus aquarum.
Inde cum dixit ſitio: cibatur
Felle mortali: rigidoqȝ aceto:
nec feram mentem ſatiabat vnq̄ȝ
Turba maligna.
Ut canes ſeua rabie peruſti
Labra con torquent: oculiſqȝ diris
Dirigunt frontes: fremitantqȝ in illum
Dentibus omnes.
Inter hec mutat faciem beatam:
Taliter ꝙ iam proprio cruore
Tectus afidis famulis putatur
Alter adeſſe.

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Poſt memor matris loquitur ioanni:
Virginem virgo ſuſcipe in parentem:
Tu loco noſtri mulier ioannem
Semper habeto.
Sic in humani generis ſalutem
Omnibus que olim cecinere vates
Rite conſumptis animam parenti
Chriſte dediſti.

¶ Dolores beate virginis alloq̇tur eā
Quid tibi mētis cruciata mater?
Quis tuos quiret numerare queſtus
Ferre quis poſſet ſimilem dolorem?
Ut puto: nullus.
Collaphi: ſpine: reſonans flagellum:
Lancea ⁊ claui: maleuſqꝫ dirus
Membra qꝫ nati tua tam pudica
Viſcera torquent.

Inuitat peccatores ad chriſtum.
Ad pij fontis dn̄i lauacrum
Vos vt inſperſo foueat liquore:
Donec extentos aperit lacertos
Currite lapſi.

Fructus ſparſi ſanguinis domini.
Languidos omni macula reformat:
Sanat egrotos: fugat hoſtis vmbras
Hic latex mirus: bene ſi lauamur
Surgite in iſto.

Contra ſuperbos comparatiue
Dic mihi fallax homo quid ſuperbis?
Nonne coniectas fragilem tuarum
Virium ſortem: tibi qꝫ volando
Tranſeat euum.
Vermis exilis: cinis: vmbra: fumus:
Vermium fetens cibus affuture:
Nonne cognoſcis? data qꝫ ſit etas
Lubrica nobis?
Cerne quid pro te tulerit creator:
Pro tuis culpis cruce colligatus:
Eſſe qui nobis dedit: ⁊ polorū
Sceptra gubernat.
Eleua mentem: vigila parumper:
Suſpice infelix: meditare in illum:
Nil niſi feruens amor hunc coegit
Tot mala ferre.
Si vis a dextris dn̄i ſedere:
Quom dies ire venerit tremendus:
Miſceat ſi te cupis inter alta
Agmina diuum.
Excute interdum riuum lachrimarum:
Dirige in celum madidos ocellos:
Cor tibi in chriſtum tenerum liqueſcat
Nocte dieqꝫ.
Iſta ſi tu das homini deoqꝫ:
Hoſtis antiqui laqueos refringes:
Et ſuper celſa facili volabis
Sidera curſu.
Si minus: tetro daberis profundo.
Ibis in preceps: vbi magnus horror:
Ulla vbi lapſis requies paratur
Tempore nullo.

Conſolatoria.
Nemo deſperet tamē. En mamillas
Filio mater: niueumqꝫ pectus:
Filius patri latus ⁊ cruenta
Vulnera monſtrat.
Semper in celo genibus reflexis
Ambo pro nobis dominum precantur:
Ut nobis parcat: iacet ante patrē
Stratus vterqꝫ.
Dum modo tu ſis humilis: begninus:
Semper aſtabunt comites beati:
Et tibi oſtendent iter ad ſuperne
Gaudia lucis.
Quando te e terris dominus vocabit
Letus ocurret: chorus angelorum
Qui tibi ad celos reſerata paucis
Limina pandet.

¶ In foro atrij iudicialis valliſoleti principe ſenatus ſedente martino āgulo equite cordubenſi carthaginenſi antiſtite qui atrium ipſum vetuſtate collabans reparauit.

Hec domus enſe ſuo ſpargit mittitqꝫ p̄ vrbes
Heſperias pacem: noſtraqꝫ regna beat.
Idē intra atrium loquitur ſenatus
Que ſua ſunt eq̄ lāce hic ſibi quiſqꝫ reportat.
Nos prece vel precio flectere nemo poteſt.
Idem alibi loquitur ipſa domus.
Hic amor: hic preciū: timor hic: ireqꝫ geláſcūt
Hinc ſine fraude refert ius ſibi quiſqꝫ ſuū.
Alibi pr̄iceps ſenatꝰ in eodē atrio loq̇tur.
Edibus his aſtrea micās ius cuiqꝫ miniſtrat:
Deijcit enſe malos: tollit ad aſtra bonos.
Idem loquitur ipſa iuſticia.
Utraqꝫ lanx equo pendet miſero atqꝫ potēti:
Eleuat iſta probos: deprimit illa reos.
Idem ſuperbe intonat atrium.
Improbꝰ hic frēdet: mordēt hic labra tirāni:
Pectora iuſtorū poſſidet alta quies.
Super limine aule vbi agitur de litibus biſcainis.
Vaſceas audit cauſas hec aula: nec vllas
Alterius populi ſuſcipit iſte locus.
Aliter. vaſcei ſunt in cātabria.
Vaſcee lites hic diſcernuntur: ⁊ atrox
In patria: hic mitis cantaber efficitur.
Idem aliter.
Vaſceos omnes paccat locus iſte furores
Queqꝫ ſuperba domi eſt: factio mitis abit.
Idem.
Cantaber auditur tecto turbatus in iſto:
Inter eos omnis cepta ruina perit.

¶ Eſt aliud intra idem atrium tribunal vbi agitur nobilis ne quis ſit: an ignobilis: dicunt hiſpane hidalgi.
Degener an nitido veniat ō ſanguine quiſqꝫ:
Iudicat hoc paſſim noſtra tabella loco.
Idem aliter.
Hic agitur qui ſint puro de ſanguine creti:
Nobilis hic noſtro nomine liber abit.

¶ Inſtitit idem princeps ſenatus vt figēda marmore in atrij prima fronte tetraſticon cuderetur: quo nomina vtriuſqꝫ regis ⁊ regine includerentur ⁊ eorū merita multa: hec igitur illi prebuimus.

Diui fernandus conſorſqꝫ heliſabeth: ambo
Catholici: inuicti: conſilioqꝫ pares
Has edes iuri dicundo hiſpania felix
Ut tuto hinc viuas conſtituere tibi.
Aliter.
Fernandus coniunxqꝫ eius duo numina terre
Qui ſiculum: ſardum: vel baleare fretum
Hiſpanis iunxere iugis: orbemqꝫ latentem
Antipodum: hanc iuri conſtituere domum.
Aliter.
Clari fernandus cōſorſqꝫ heliſabeth: altam
Parthenopem ſceptro qui domuere ſuo:
Hiſpano ſedem hanc iuri atria celſa dicarunt:
E quibus in populos pax eat eliſia.

Habitis his tetraſticis cupiditatē prouxit: petijt rē meis humeris haud facilem: vt hec oīa illi octo carminibus includerem: regis regineqꝫ nomina propria tituloſue quibus fuerunt pōtificio chirographo plūbato decorati: quoſue ſuis virtutibus ac preclare geſtis ſunt promeriti: nec ſatis hoc: voluit ⁊ hiſce addi cuncta nominatim regna patrijs vtriuſqꝫ teſtamentis relicta: que ve ipſi ſubdidere: nec his contentus vt vna iudeorū eliminatio: maurorū bello victorū proſtratio: ⁊ ad baptiſmum euocatio: hereſumqꝫ dilaceratio tantillo hoc clauſtro: quonāue pacto latentes hactenꝰ terras repererint: ſtringerentur. non igitur miraberis candide inſpector: ſi carminis energia ſono ue carebit octaſticon.

In prima atrij fronte.

Diuus fernandus diua atqꝫ heliſabeth alti
Reges catholici magnanimiqꝫ duo:
Qui hiſpano: ſiculo: ſardo: reliq̇s qꝫ paternis
Subdunt illiberrim: partenopemqꝫ iugis:
Qui hebreos: mauroſqꝫ truces dubioſqꝫ fuga (rūt
Parti: nā reliquis īdita nr̄a fides:
Qui maris occeani terras triuere latentes:
Hiſpano hanc iuri conſtituere domum.

¶ In pluuiali porticu eiuſdem atrij extat diui xpofori imago: cui hec voluit edi tetraſticha.
Te celi dominū referunt geſtaſſe per vndas
Hinc ſimulacra tibi curia nr̄a dedit.
Chriſtū ergo vt preſes valeat totuſqꝫ ſenatꝰ
Poplie deflexo diue patrone roga
Aliter.
Ipſe humeris rerum opificē geſtaſſe putaris:
Effigiem inde tuam porticus iſta tenet.
Nos idem vt ſeruet feruenti corde precator:
Et mors quom veniet nos ſuper aſtra ferat

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Aliter.

Tu ſaluatorem propia ceruice tuliſti:
Hinc te patronũ curia noſtra vocat.
Ut valeãt igitur preſes totuſqꝫ ſenatus:
Chriſtũ animo ardẽti chare patrone roga.

Aliter.

Tu mundi auctorem xp̃m geſtaſſe tonantem
Diceris: atqꝫ humeris ſuſtinuiſſe tuis:
Ergo celicolum poterit tibi dicere quiſnã?
Cede mihi: aut dicet: vade age ſum melior.

Didacus furtatus mendocius archiepiſcopus hiſpalẽſis ⁊ cardinalis: eluirã de quinonibus genitricem ſuã hoc epithaphio a martyre condito decorauit.

Condidit eluiram genitricem marmore ĩ iſto
Quignonea de gente ſatam: probitate pudore
Et forma ⁊ pietate ſimul que vicerat omnem
Feminei ſexus hominem: chariſſima proles:
Proximus a primo furtatus didacus ille
Mendocius: tirio caput eſt cui murice tectum
Miliaci patriarcha ſoli: templiqꝫ ſuperbe
Hiſpalis antiſtes ſummus poſuitqꝫ ſepulcrũ.

Ad malfelitum vicecancellarium aragonium amicũ apud regem.

Ad bene mellitũ dicens mea charta volato
Qui tuus eſt penitꝰ: martyris eſto memor.

Ad eundẽ quom egiſſet q̃dã negocia.

Innumeras grates agimus: qñqꝫ referre
Si dabitur referam chare patrone vices.
Hem ne referre vices poſſuꝫ: maledico, referre
Ille poteſt ſolus ſidera qui numerat.
Ipſe igitur referat: nos tantũ in pectore fixum
Nitemur nomen ſemper habere tuum.

De preclare geſtis catholicorũ ferdinãdi ⁊ heliſabeth reguꝫ rogatu Inachi lopez Mendocij tendille comitis.

Prodiga maiorum que dextera fuderat: ipſi
Partim aſtu: partim bello prudenter agentes
Inſtaurant: procerum docti cõfrigere hiatus.
Hinc fortunatas gentes: quibꝰ antra cubile:
Et tegimen villoſa pecus: quibꝰ arma ſagitte
Et lapidum iactus: ſtrauerũt vindice telo.
Poſt granatẽſes decimo iam vere ſubactos:
Qui multas vrbes: munita vel oppida multa
Contra hoĩuꝫ chriſtiqꝫ fidẽ ſine iure tebãt.
Infande hereſeos torris mala gramia carpſit
De hic recutitorũ turba eſt eiecta vetuſte
Legis: ad ignotum pelagus terras qꝫ latẽtes
Direxere oculos, hiſpanis claſſibus itur:
Itur ad antipodes: terit̃ plaga torrida remis.
Ij leges fecere nouas: pacemqꝫ per ampla
Regna ſue ſortis: reuocarunt ordine miro
Hiſpanos proceres populos vrbeſqꝫ regẽtes
Gallorũ e manibus poſt hec rapuere virentẽ
Parthenopẽ, ⁊ libicos ceperũt ſcandere portꝰ

Idem ſtrictius.

Hoſtibus oppreſſis ciuili marte reducunt
Membra ſui imperij lacerata e fauce luporũ.
Hinc fortunatos ſtrauerunt vindice telo.
Poſt illiberiacos decimo domuere ſub anno
Infãde hereſeos torris mala gramia carpſit.
Et recutitorũ turba eſt eiecta vetuſta.
Contendũt mauros xp̃i renouare lauacro
Itur ad ãtipodes: terit̃ plaga torrida remis.
legibꝰ iõ nouis magna hec ſua regna reformãt
Et ſimul in gallos latio fera bella gerũtur.

Aſcanio marie ſfortie vice comiti ducis mediolani fratri ex vtroqꝫ parente ſuper habito galero rubro.

Hactenus ornauit radiantis flamma galeri:
Ornatur cingens nunc caput iſta tuum:

Ad comitẽ tendille qui a petro martyre petierat: vt quedam que nihil eſſe cõpit: quom monſtruoſum aliquid paritura viderentur inueſtigaret.

Omne latus mundi intonuit: celũ oẽ fragore
Concrepuit: lapſa eſt in mare gutta leuis:
Eſt nihil id penitus: nihil eſt q̃dcũqꝫ tonabat
De grauido nata eſt paruula monte pulex.

Ad petrũ aquilarẽ q̃ ab aq̃la nomẽ habet.

Dux volucrũ ẽ aq̃la: aſt iuuenũ tu maximꝰ ipſe es.
Cognomẽ volucer hic d̃dit illa tibi.

Ad eundem

Tu patriã: clarũqꝫ genus: ꝓprioſqꝫ parẽtes
Illuſtras meritis optime petre tuis.
Illi etenim (fateor) ferierũt ſidera factis.
Atqꝫ illis forti eſt corduba capta manu.
Tu doctus: ſtrenuſqꝫ ſimĺ: frõs martis ⁊ arma
Nota tibi: ⁊ dulces note heliconis aque.

Ad iacobũ alora italicũ hiſpali profitẽtẽ.

LOra mee laudis cultor: mea gloria ſalue.
Cui ſapida a teneris pallas amica fuit
Cui dedit ⁊ clarius citharã: neruoſqꝫ ſonãtes:
Eſt tibi non dubiũ clarus vterqꝫ parẽs
Nã facili ingenio es: ſũmoqꝫ es plenꝰ amore:
In quos tu pronos noueris eſſe tibi
Ruſticus arguitur tetris crudiſqꝫ medullis
Ingenuo mens eſt leta: ſerena iocans.
Ruſticitas triſtis: fallax: inimica: profunda eſt
Nobilitas verax: dulcis: amica: patens
Hinc te cenſemus non vili e ſtirpe creatum:
Quom tibi ſit madidũ ſemper amore iecur.

Ad eximiũ artis ⁊ medicine doctorem ioannẽ baptiſtã eliſiũ parthenopeum

ILle tibi carus qui quõdã nomine tantũ
martyr erat, verũ nũc ſibi nomẽ habẽs
Te per amiciciã veterem per numina celi
Ad ſe q̃ venias eliſiane rogat.
Scriptũ frõte legeſqꝫ ſit mihi ſanguis aduſtꝰ
Et quãtum cruciet me ſine fine dolor.
Oſſibus inter ſe nulla eſt concordia: iam ſunt
Ut cera: au vitrum mollia facta mihi.
Me miſeruꝫ rabido lacerẽtur brachia morſu:
Clauſos mille tenet noſtra medulla canes.
Sũtqꝫ pedes tumidi: taluſqꝫ ĩflatꝰ vterqꝫ eſt:
Et tremebũda nimis iam mihi crura labãt:
Langueſcunt omnes nerui: veneqꝫ gelãtur:
Et quod deterius: non mihi ſomnus ineſt.
Heu laſſum: decimus tenebrarꝫ ducitur orbis:
Ex quo nulla mihi tẽpore miſſa quies.
Ut me tartareo e gemitu peniſqꝫ reducas:
Eliſios ad agros eliſiane veni.

Ad corteganan de doctore angulo Conſiliario regum.

Angulus in regũ domibꝰ pars eſſe remota
Quippe ſolet: mediũ cur meus iſte tenet.

De alexandro agricola muſico.

Muſica q̃d defles? periit mea cura decuſqꝫ
Es ne is alexander? is meus agricola.
Dic age qualis erat? clarus cãtuqꝫ manuqꝫ
Quis locus hũc rapuit? valloletanus ager
Quis belgã huc traxit? magnꝰ rex ille philippꝰ
Quo morbo interiit? febre furente obiit.
Etas que fuerat? iam ſexageſſimus annus
Sol vbi tunc ſtabat? virgineo in capite.

Inuehitur in auguſtum menſem.

Improbe ſextilis mũdũ cur luce ſerena
Turbaſti agricole fila begnina terens?

RObertꝰ citharedus cib̃us hec lira cecinit corã archiep̃o granatẽſi viro ſanctiſſimo Petro martyre petẽte vt caneret carmina: que tamen ipſe martyr compoſuerat.

martyr cur cytharã cogis chordaſqꝫ mouere?
Non tanto poſſunt iſta placere viro.
Archadicum merito iuſſiſſes pana vocari:
Orphea vel thracẽ: thebaicã ve chelim.
Rauca poteſt populuꝫ niſi fiſtula nr̃a iuuare.
Non facit ad ſtomachũ tã rude murmur eũ
Ambroſiam nectarqꝫ iube diuoſqꝫ liquores
Apponi, diuis nil triuiale dato.
Quõ tamẽ hoc cupias: liceat nec dicere c̃tra
Silueſtrem incipiam ſollicitare ſonũ:
Sed volo de magno virtutũ tollere a ceruo
Ipſius vnciolã: graniculũqꝫ prius
Que tibi magne pater? tibi q̃ noua ſid̃ra mũdo
Felicem vt facerẽt exhibuere viã?
Fertilior cunctis quas ſol percurrit hiberus
Que te progenuit: terra beata q̃dẽ eſt.
Uiuet in eternum donec durauerit orbis
Hec talauera ferax clara per ora virũ.
Que tria felices faciũt ſi ſingula quiſqꝫ
Aſſeq̃tur: bona mens: ſermo pudicus opus
Hec tria diue tibi ſẽper famulãtur: ⁊ aſtãt:
Seu vigilẽ inueniãt: ſeu ſopor ip̃e premat.
Propterea talauera tibi q̃ ꝓbuit ortum
Magne pater nimiũ terra beata q̃dẽ eſt.
Tẽperies: roburqꝫ animi: prudẽtia: iuſtũ
Cor largũ: ⁊ ſũma cũ probitate piũ
Perpetue comites tibi ſunt alacte: nec vnquaꝫ
Nocte dieqꝫ tuũ deſeruere latus.
Hec igitur talauera parẽs vberrima tellus:
Que tibi ſorte fuit terra beata quidẽ eſt.
Ut vincas igitur preſul tã ſancte petẽdũ eſt
Mathuſaleneos neſtoreoſqꝫ dies.

Ad fratrẽ egidiũ auguſtinũ neapoli Concionatorẽ ordinis eius generalẽ.

Heſperia occidui ſorbet reſonantis ab euro

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Verba tue vocis (tanta eſt tuba gutturis alti
Paulinos equans modulos: tantuſue diſerti
Sermonis tonitrus referentis gadibꝰ echō)
Vt ſileat qȯdcūqꝫ prius fulgebat in orbe:
Nomē: ⁊ egidi ſolum ſub pectore: culmen
Dotrine: vite: lingue clamatur ineſſe
Anglus propterea martyr cui nigra galero
Tempora cinguntur: reſidens ſub ſole cadēti
Te rogat: vt ſeſe calamo verbo ve ſalutes.

¶ Diuo franciſco Ximeno epiſcopo toletano
Cardinali hiſpaniarū
Ordo cardineus quondā decus eſſe ſolebat:
Ornabatqꝫ viros hec data flāma nitens:
Nunc autem recipit dare qȯd ruber iſte galerꝰ
Eſt ſolitus: vellat quom caput iſte tuum.
¶ Simoni: ephriſia germanico phiſico regis philippi mortuo in ſegouia vrbe hiſpanie epithaphium.
Si procul ephriſia iuueni tibi ſtamina rupta:
Non tamē eſt merito ſors tua flenda ſimō.
Quō tua te ꝓbitas gratū ⁊ medicina philippo
Reddiderit regi: viuere dum licuit
Extinctū ⁊ decoret tumulo filibertus honeſto
Legatus cuius credita vita tibi eſt.
Martino angulo nūc epiſcopo carthaginenſi.
Pallentes hederas: aurum: lauroſqꝫ virētes:
Nigrante galeam: nomina multa gero.
Liuor edax: hoſpeſqꝫ pius: chariqꝫ ſodales
Unde mihi hec dederit fata benigna petūt.
Mars dubius: lauruſqꝫ vires: ⁊ cādidꝰ āſer:
Continuuſqꝫ labos. hec peperere mihi.
¶ Deplorat ferdinandus aragoniꝰ dux calabrie catelliā māmiam culcitra ſuffocatā
Māmia q̇d dormis? dormis mea māmia: vł
Orcus hꝫ? dulcis māmia tolle caput (te
hei mihi frigidula ē. vereor: mea māmia ſurge,
Hei mihi: letheas māmia ſorbet aquas.
Scitula: pulchra: ſalax: placidiſſima: grata ve
Māmia: q̇s fregit cādida filia tibi? (nuſta
Tartareo contexta ſitu mala culcitra pernix
Māmia nr̄a mali quid tibi fecit age?
Vulcano rapiere fero: date ligna, cremator
Culcitra: ⁊ in ventos res mala rapta vola.
Ad marlianū eximium medicum.
Vt valeat prodeſſe mihi medicina paratur
Que tua: materias inſpice: cerne lege.
Quo venꝰ alma loco māeat: quo iupiter ⁊ quo
Falcifer obſerua: quid ve diana ferat.
Eſt vetꝰ apȯd hiſpanos cōſuetudo vt ſua q̇ſqꝫ inſignia verſu aliquo circūſcribat: q̄re req̇ſitꝰ. Martyr ab amico lunā ſupēminēte ſtella geſtātē Hec illi diſticha edidit. vt ex his vnū qȯd velit interat. lunam ſtella iactanter alloquitur
Tu vicibus lumen perdis: vicibuſqꝫ reſumis
Delia perpetuo lumine funger ego.
Idem per diuerſa.
Conſpiciunt hoīes lunam ſine lumine ſepe:
Aſt me continuum lumē habere vident.
Aliter idem.
Interdum tenebris latitat ſine lumine luna:
Stella nitet quotiens phebꝰ ab orbe cadit.
Stella iactat ſe eſſe maiorem.
Diſtat in imēſum lunari noſter ab orbe:
Creditis hinc lune grandius eſſe iubar

Aliter.
Noctis iter nitido perluſtrat lumina luna:
Ad portus tutos lucida ſtella regit.
Aliter ⁊ eſt documentum.
Peccabis nec nocte quidem: quia ſidera fixis
Te ſpectant oculis: lunaqꝫ cuncta videt.

## Siluius pandonus partenopeꝰ bouiēſis epiſcopꝰ hiſpane iuuētuti aulice que ſub Pe. Martyris ab angleria diſciplina militauit.

Teſpiadum dulces choreas ingreſſa ſororum
Aulais: angleriam turba ſecuta lyram.
Miſſa libellarijs (iaceāt ne perdita) prelis:
Sūt mihi cardinea hec carmīa rapta domo
Martyre ⁊ inuito fateor generoſa iuuentus:
Debebis grates velle referre tamen.

## Ludouico aragonio cardinali multorū regum nepoti. P. Martyr anglus prothonotariꝰ lauro inſignitus. d. ſ. pł.

Rerum bene geſtarum ſibi conſcii imperatores illuſtriſſime multorūꝫ nepos regum ſuorum temporūꝫ poetas nō modo vti pueri pauonem pulchritudinis tātum nidore adducti laudare ſed etiam vt illos ad maiora erigerent fauoribus proſequi ⁊ amplis muneribus afficere conſueuerant. Hinc emanabat quod non pauciores rerum ſcriptores q̄ꝫ actores comperirentur. Vulgatiſſimum enim eſt ⁊ probatiſſimum ꝓuerbium illud honos alit artes. Noſtra vero tempeſtate (ſiue id in curia contingat ſiue ꝙ iā longo tempore xp̄iani princicipes continuis inter ſe fluctibꝰ agitētur) nō modo q̇ ſua beneficentia vatū ingenia conentur a torpore ac ſitu (quin marceſcāt) excutere nulli reperiuntur: ſed neqꝫ (ſi ad laſſitudinē palloreqꝫ ⁊ maciē vſqꝫ ꝓueneris, vt viuētis alicuius vitam lucubratiōibus tuis excolas) tibi gr̄as is aget vel minimas. Cōſtituerā ego propterea ſi q̄ forte inuitis etiā fatis nulla emolumenti ſpe media ſtridulo carmine luſerā mihi ipi reponere: donec aut gurgulionibus ⁊ tineis clauſa corrodrētur: aut ve tuſtate oīa vaſtante intra ſe iacencia demolirētur: ⁊ tanq̄ꝫ inculta inutilia nulloqꝫ lime labore ꝑfricata deperirent: ſimul cū his quorꝫ ego nomina ſilueſtribus meis virgultis iſeruerā. Tu aūt cardinee decus tyare: quoniā natura duce (que te miris ingēii dotibus ornauit) nouarū rerꝫ aſſidua lectione d̉lectaris: vt ſi que eſſent apud me ſparſa ⁊ ꝓſtrata epigrāmata q̇ſitarē: in numerūq̄ꝫ ex lituratis archetypis redacta tuo ſplādori cō donarē (inuidorū genuinos inte ſuſcepturus) efflagitaſti: imo (vt rectius loquar) impaſti. Triuialium igitur hanc epigramatū vmbraꝫ quā te voluiſſe ſignificaſti: tibi illuſtriſſime ꝑnceps habeto. Epigrāmata enī illis cōficiēda relinquo: qui tuā italiam muſarum patriā nullo negotiorum pondere preſſi: erecta fronte ꝑambulant. Ego autē (quom iam annum agam in hiſpania terdecimuꝫ apud catholicos Reges quibus maiori eſt cure nr̄e fidei exquiſitis artibus augmentum q̄ꝫ vt eorum geſta lr̄is mandentur) tempori ſeruiens ⁊ continue veluti ſcytha paragrans (eſt enim hiſpana curia ob ſui magnitutudinē fere ſemper in motu) poeticos furores dormitare facile patiebar. Quante mihi cure ſit ſerio inſanire: ⁊ carmina ad aucupandam laudē conficere: colliges illuſtriſſime princeps ex editione ipſa que tuo iuſſu a me proficiſtur. que enim d̉ fagiarda victoria methunneiſqꝫ conuiuiis vno (vt ita dixerim) ſpū conglomeraueram: ⁊ carminis aliud ſibi genus exigebant: ⁊ intra quindecimum diem a primo eorū ad generationem iacto ſeminē ad te precipitantur. Nullo temporum in reliquis ordine ſeruato ſed ita prodeunt ex arata: vt: exeſa iam ex loculis ad manus ſingula deueniebant. Vale.

## Pe. Ma. angli mediolanenſis de obitu Catholici principis hiſpaniarum qui ſalmantice abſente Regina matre hominem reliquit carmen flebile quom conſolatoria in calce.

Diſcite mortales fragili q̄ꝫ ſorte trahamur:
Turbine quo miſeros vaſta ꝓcella regat.
Heu caſū infādū: comedet terra inuida corpꝰ
Tam tenerū? quo dic tā cito raptus abis?
Spectantes cur nō ſortē defletis acerbā?
Cur ſine vulneribus linquitis eſſe genas?
O nam cito mutata eſt fortūe horrētis imago?
Sunt verſa in lachrymas omnia leta prius
Heu dānū obſcurū: carptus florēte iuuēta eſt:
Tēpore quo pſallūt ſidera: terra: fretum.
Leticie in medio ſūme tibi fila ſorores
Rupere: vt nobis ſit ſua nota fides.
Illa fides nulla eſt: niſi nil ſeruare beato
In ſolio: hec illis vnica ſirma fides.
Quid tibi diuitie? quid ve expectata corona
Profuit? aut tibi q̇d clarus vterqꝫ parēs?
Quid tibi tot cēſꝰ? q̇d fulgēs purpura ⁊ aurꝫ?
Fulgētes gēme quid poſuere tibi?
Q̄s lachrymas fūdet gēitrix: quos cord̉ dolores
Sentiet: ⁊ quales ſparget ab ore ſonos.
Crudeles dicet caſus: crudelia dicet

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sidera: crudeles dicet ⁊ eſſe polos.
Ambabus manibus crines lacerabit ⁊ ora:
Pectoraq; abſciſis veſtibus inficiet.
Sed male coniector: dico male: vincet amorem
Mater nũ ratio: vincere ſi poterit.
Aſt vicet: cõſtãs ſapienſq; hec nr̃a virago eſt:
Que nullo frangi turbine ſola poteſt.
Hoc tamen in tantis curis vtriq; parenti
Hiſpaniſq; tuis grande leuamen erit:
Q̃ tibi dũ p̃nceps morb⁹ pia mẽbra grauaret
Affuerit ſemper fixus in ore deus.
Tergite iam vultus cuncti ⁊ lenite dolorem:
Eius enim ſenſus iam ſuper aſtra volat.
Ille animas inter cepit reſidere beatas:
Et fruitur ſumma gloria in arce dei.
Sit mundi qua; fallns honos: q̃ ceca cupido
Ethereo hic iuuenis tutus ab orbe videt.
Qui nos exagitet at caſus: deſpectat olympo:
Quot mala nos verſent: cernit ab axe poli.
Empyrei e medio: terrena negotia ridens
Negligit: ⁊ tumidos iam videt eſſe nihil.
Sſtellato e ſolio nr̃a hic diſcrimina noſcens
Angelicos inter ludit ⁊ ipſe choros.

## De ioanne Guzmano
comite Nebule: domino Gibraltari duce methimne Sidonie ob captã Bellillam in africa

Ue tibi maſſilie ſoboles: heu turba ſi phacis:
Getuli hei vobis. pro tibi bocche dolor
Iam patet ad nr̃os adit⁹: iã barbara apta eſt
Terra: feros portus anchora nr̃a tenet.
Deſcendere duo ſuperorum ex arce ioannes:
Miſſi precurſor regis vterq; ſui.
Hactenus occluſas portas patefecit vterq;
Ante ſuos Reges: hic libye: ille poli.
Sterneret vt quodã Roderico p̃ncipe iberos
Africa: moſtrauit per fida ſepta viam.
Aſt nũc ſũma fides: probitaſq; excelſa ioãnis:
Ad penos nr̃is Regibus egit iter.
Sidonias ſenſiſtis opes: ſenſiſtis ⁊ arma
Infeſtaſſe iterum littora vr̃a lybes.
Hec nebula audentis nimiũ guzmana ioãnis:
Obnubilat vobis pectora fracta metu.
Cum cõſorte tori ſtatuit tranſmittere claſſes
Ferdinandus ouans: diraq; bella parant.
Expectate manũ hoſtilẽ: expectate carinas
Ultrices: ferrũ: flãma: fames aderunt.
Omnia nunc veterũ comiſſa luetis auorũ:
Et dabitis penas quas meruere patres.
Iã tremit oĩs ager: citros ⁊ culmina condit
Atlas: iam cepit flectere ad iſta caput.

## Habuit hiſpali apud ſe
triduo conuiuas Regem ⁊ Reginã hiſpaniarum catholicos cum regijs filiabus Neapolitanaq; Regina ⁊ tota curia dux methymne ſidonie hinc eſt ad. Io. petrum ſoardum. ducis mediolani cõſiliarium ⁊ apud reges: oratorem Petri martyris vtriuſq; amici carmen.

Quingentos ⁊ mille annos voluebat ab ortu
Sol chriſti: per quẽ ſumma recepta ſalus.
Ianus ad extremas frontem cõuerterat idus:
Namq; duodecime lucis agebat iter.
Intra vrnã miſeri phebũ ſine honore ſequũt:
Cũ ioue pluchra Ven⁹: mercuriuſq; ſalax.
Iſte dies medium celo deiecerat orbem:
Ad Regem p̃rſus quõ pede carpo viam.
Hic mihi de notis quidam, diſceſſit vterq;
Rex: ⁊ cum natis curia tota ſimul.
Parthenopea etiã Regina palatia magni
Omnes ſidonij nunc petiere ducis.
Primateſq; aule cuncti: cunctiq; miniſtri:
Nympharũq; oẽs (ſydera pulchra) chori.
Tres ſoles luneq; due: tam celſa caterua:
Eſt ibi continuos tres habitura dies.
His dictis ambo ſequimur veſtigia Regum
Que vidi mens eſt velle referre tibi.
Iuncis: lẽtiſco: myrto: atq; paluſtribus vluis
Extans ante domũ lata platea viret.
Narciſſo: mẽta: ⁊ reliq̃s bene olẽtibus herbis
Ueſtibulũ impluuia: ⁊ portic⁹ omnis olet.
Omne ſolũ tegit vernantibus vndiq; ramis:
Sol licet amphoreas lumine pulſet aquas.
Hec paſſim poterat pedib⁹ calcare popellus
Concurrens: cuius nullus erat numerus.
At vero icipim⁹ gradibus cõſcẽdere ad altũ:
Sunt vbi mirificis cuncta parata modis.
Hic recreant florũ latices: ſucciq; roſarum:
Atq; arabũ vario fragrat odore domus.
Qui noctẽ pellãt: lybicis elephantibus actos
Cum facibus dentes angul⁹ omnis habet.
In trabiũ morem torctarũ herebat vbiq;
Infirũ magne nobile molis ebur.
Hic forſan q̃res que: quãta: quot ordine vaſa
Sint ibi: ⁊ ipſorũ nomina ſcire voles:
Aurea quandoquidẽ toreumata plura videre
Fas fuit: atq; abacos ſuccrepuiſſe nouos.
Quid terſi pondo argenti auratiq; rigentis
Candentiſq; etiam velle referre iuuat?
Innumeras citius ponti numerabis arenas:
Et nemorũ rhodopes frondea ſerta prius.
Nũc loca ſtructa illis: poterit quis dicere q̃nta
Qualiaq; extiterint interiora tibi.
Accipito paucis. lecti: penetralia ⁊ aule
Stant quante ⁊ quales omnib⁹ eſſe venit.
Quõ primũ ingreſſi reſidẽt: ſtratiſq; recubũt:
Fulgebant auro que radiãte nimis.
Torquati veniũt equites miro ordine plures:
Laſſa quibus nimio pondere crura labãt.
Saccareo hi portant niueo cõfecta liquore:
Et mellita ſimul nomina mille dapum.
Paſtillos: cyros: tuceta: tomacula: liba:
Et caſtella ferunt: ⁊ galeas ⁊ equos.
Omne genus florũ: varijſq; colorib⁹ herbe:
Arboribuſq; ſuis folia leta virent.
Saccareos curru certãtes automedones:
In ratibus tiphes: lintea: trãſtra: rudẽs.
Et gladiatores etiam: quos viuere credas:
Plenaq; munerib⁹ ſumma theatra trahũt
Uerſus: rhinoceros multus: multiq; leones:
Multa ſy eneis belua nata iugis.
Et genus omne auium fert gen⁹ omne ferarũ:
Quicquid ⁊ imenſi parturit vnda maris.
Deniq; nil celo cõſtat terraq; fretoq;:
Effigies cuius non data ſit dapibus.
Aſt ubi poſt tenebras phebo ugente reductas:
Regia iam tandem cena parata venit.
Quis poterit recitare vos: q̃s mille miniſtros?
Mille etia; poterit quis numerare cibos?
Dicere cur op⁹ eſt apros hedos capreaſq;?
Quid iunõis aues? q̃d numidas volucres?
Altiliũ genus omne datur popularibus eſcis
Uobiſcũ: cecidit (parcite) veſter honor.
Mellifluos cantus ducẽtes fercula poſſet
Quis narrare tibi ſcribere vel calamo?
Hic tamem experiar valeat quid muſa canori
Flatus: an latices ex helicone neget.
Ante fores primũ nitide grãdiſq; culine:
Tortile directũq; eſt genus omne tube.
Cornua terrificis comitant tympana bõbis.
Intremit horrendo tota fragore domus.
Suaue ſonãs ppi⁹ tuba ductilis itonat: oĩs
Tibia cui tremulos reddit amica modos.
Organa õhic ppi⁹: dehic barbitos obſtrepit (illis:
Agmine cõdenſo pretereũte dapũ.
Aſt vbi cenat: quis dicere mollia plectra
Poſſet? q̃s cythare ſcribere grande melos?
Hic lyra dulce loquar frãgebat mille minutis
Ethera: mellifluos ſpargere docta modos.
Talis erat vocũ modulus: q̃ petre licebat
Credere celeſtes hic habitare choros.
Orphea mulcentẽ fidib⁹: quõ ſaxa mouebat
Eurydicenq; ſuã quõ peteret lacrymans.
Hic ⁊ harundinibus ſenſiſſes pana canẽtem:
Dirceamq; chelim leſbiacaſque lyras.
Corda homim ſaliũt: nimia dulcedine rupta:
Saccareiſq; cadit ſtiria multa cibis.
Menſarũ tripodas: mẽſaſq; ⁊ ſcãna putares
Pſallere: cũ ſolijs cũ trabibuſq; trabes.
Poſtq; conſtituũt ad regia velle redire
Atria: tunc cũctis munera ſumma parat.
Sic marcus cedat: taceat cleopatra mariti
Uictrix: luculus cedat ⁊ ipſe duci.
Unũ lucullus vidit ſub apolline regem:
Et ſemel in vita tẽporibuſq; ſuis:
Cõuiuas habet hic: tres ſub ſua tecta corõas:
Quales ⁊ q̃tas nulla videbit hyems.
Atq; duas etiam regali e ſanguine natas:
Expectat quarũ iam diadema caput.
Treſq; dies: quorũ melior fuit ip̃e ſecund⁹:
Atq; ſecundo alter: multo fuit melior.
Unã ſtulta tibi gemmã cleopatra voraſti:
De qua poſt illud mentio nulla fuit.
Innumeras dedit hic gẽmas p̃cioſaq; multa
Non pitura breui tp̃ore dona dedit.
Nã libycũ ex auro bellaci prebuit enſem
Regi: cuius erat mirus in arte labor.
Atq; etiam ex auro ⁊ gẽmis tyrioq; colore
Ornatum tribuit belligerantis equi.
Regine ex auro capſam virideſq; ſmaragdos

k

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tres auro inſeptas munera digna duce.
Vtraqꝫ de natis nō inferiora recepit:
Prebuit ambabus cingula nigra duo.
Biſſenus quorū de fibris pēdet ab euro
Vnio: quē dicas exuperare niuem.
Auro emblēmato capſā dehinc porrigit illis:
Compoſita hec in qua dona decēter erant.
Flāmantes gemini miſſi ex oriente pyropi:
Atq duplex auro leta ſmaragdꝰ erat.
Parthenopee autē ſoror eſt que ſola potentis
Regis: dona dedit poſt precioſa tria.
Quadratam bullam portaꝝ quattuor auro
Puro: cum totidē donat imaginibus.
Porrigit hic librū tabulis emblēmate ⁊ auro:
Cui decimus ſplendens frōte pyropꝰ erat.
Succineuſqꝫ auro cinctus modo calculus illi
Plurimus inſertus poſt ea dona datur.
Sic cōuiuantes hodie quicunqꝫ fuerūt:
Exuperat cunctos ſub pedibuſqꝫ tenet.
Nō ſatis eſſe animo factuꝫ quō ſepe putaret:
Ducebat forſan tertia luna rotas.
Hic ludouicus erat regali e ſanguine cretꝰ:
Exornat cuius rubra tyara caput.
Qui comes huc auie regine venerat olim
Parthenopes: regi eſt ꝗ bene grata ſoror.
Hūc vocat: hūc orat dignet̄ adire: manetq
Auleis iiſdem tota parata domus.
Fercula que data ſunt: nō inferiora: dapeſqꝫ
Cunctaꝝ rerū copia ſumma datur.
Nō minor ē cythare modulꝰ: ſonituſqꝫ tubaꝝ
Non magis ac ꝑmū tympana cuſſa tacent:
Nec ſatis huic viſum eſt: perſonā ꝑncipis alti
Sic voluiſſe domi: ſed comitant̄ eum
Tres nigri a tergo ſerico viridente galeri:
Torquatiqꝫ eqtes quinqꝫ decemqꝫ ſui.
Quos ſecū ex italis ꝑnceps aduexerat oris:
Per ſardū: ſiculū: per baleare fretum.
Non dedit his alia a primis mediiſqꝫ nec illū
Nō bene donatū liquit abire domo.
Poſtq̄ ſumpta dies epulis: ſtatuitqꝫ reuerti
Princeps: dona duo compit ante fores.
Stat ſonipes frenū mādēs quo pulcrior alter
Hiſpano terrā nullus in orbe quatit.
Mula eſt ꝗ tyrio tecta ⁊ coopta colore.
Digna dari a dāte eſt a capiente capi.
Phebeos thetyiam ſuſcipiēte capillos:
Ad ſua tecta redit ſic comitante duce.

## C. P. M. in laudeꝫ petri

fagiardi ioannis chiaconi aulici primarii ante latiqꝫ murtiēſis ⁊ domini noue Carthaginis filij: intercalare in modum epithalamii carmē cuius eſt hoc argumentum. Mauri ꝗ niuales granate mōtes incolunt alpuxarrēſes appellati catholicis rege ⁊ regina Hiſpaniarum Hiſpali commorātibus occaſionem nacti a propoſito regio diuerſam ꝙ ad xp̄ianam religionem per vim trahi vererētur ⁊ imani montium natura freti (ſunt enim oīm aſperrimi) defecerunt. Qua maurorum leuitate itellecta dominꝰ Petrus fagiardus (qui tunc mulle ab vrbe murtia parum diſtanti: cum noua nupta otioſus agebat) Almeriam verſus vrbē maritimam: illorum montiū caput: longis itineribus contendit. Hāc reperit palantem ⁊ imparatam. Altero die inſtructis (quas ſecum ex amicis duxerat) cohortibꝰ ad oppidum marchēnam a mauris grauiter oppreſſum iter capit. Ad montana mauri ſeſe citi recipiunt. In tertium inde diem maiori manu comparata reuertunt̄. Obſident arcem: capiunt alhamillam oppiduluꝫ in itinere almerię inter rupes ſitū. Mouet ad illos adoleſcens noſter. In conſpectu alhamille occurrunt mauri. Quater profligātur: capitur oppidulum: diripitur: comburitur: qua ſtrage perculſi obſidione mauri marchenam liberāt: ad montanaqꝫ fracti animo ſe recipiunt. Inuitat ergo ad letitiam eiꝰ genitorem: de plurimis fratribꝰ duos maiores: de multis ſororibꝰ leonoram que docta eſt adhuc virgo.

Incipiatur io dici cantetur ⁊ ohe:
Cunqꝫ triumphe iterū multiplicet̄ io.
Tu mecū perfecte pater: tu frater vterqꝫ
Grādior ad ſupos vertite corda citi.
Soluite leticia pectus: cōtūdite venas:
Tuqꝫ puellaꝝ duc leonora choros.
Tu tanto fratri ſoror es chariſſima: geſti
Virgo cū nuptis virginibuſqꝫ tuis. (terua
Fac pede pulſet humū: niphaꝝ hec pulchra ca
Virgineis reſonent atria tota modis.
Incipiatur io dici cantetur ⁊ ohe:
Cūqꝫ triūphe iterū multiplicetur io.
Nec ſoror vlla habuit fratrē: nec in orbe poeta
Diſcipulū: qualis hic puto noſter erit.
Aiax: pelleus: pompeius: ceſar: achiles:
Promeruere acie (nō nego) multa quidem.
Sed nego: ꝙ teneris tantū ſe oſtēderit ānis
Ipſorū quiſq̄: vel pedibus vel equo.
Quiqꝫ decēqꝫ puer nec dū bene geſſerat ānos
Magnamini oſtēdit quom cor habere viri
Tinxerat ⁊ nōdum niueas lanugine malas:
Occanie in nota ſeditione ſuas
Longius hec nolo (ne ledam) geſta referre
Vtraqꝫ amica mihi pars eteni fuerat.
Incipiatur io dici cantetur ⁊ ohe:
Cunqꝫ triumphe iterū multiplicetur io.
Quā bona ſors nr̄a eſt nymphei gloria cetus:
Docta: diſerta: grauis: ꝩgo: venuſta decēs.
Almeriā veniēs ſeruauit ab hoſtibus vrbem:
Quam ſi cepiſſent magna ruina foret.
Marchēnā ſeruat: poſita eſt ꝗ in colle ſupino
Opreſſam numidis obſidione graui.
Nam quom ſenſiſſent mauri aduētare iuuēcū
Caſtra mouere omnes: ⁊ rapuere fugam.
Et niſi pallantes ſeſe ad montana tuliſſent:
Cogeret aut enſes aut ſubijſſe iugum.
Incipiatur io dici cantetur ⁊ ohe:
Cumqꝫ triūphe iterum multiplicetur io.
Almeriam noſter quom primū ſigna reduxit:
En mauri redeunt multo magis rabidi.
Caſtra locant: ſepiūt muros: magalia formāt
Maurorū numero millia ſorte decem.
Propugnatores arcis: prefectus ⁊ ipſe:
Significant noſtro ſe perijſſe ſiti.
Ciſternas referunt: latices ꝗbus eē ſolebāt
Diruptas: ⁊ quod deficiebat aqua.
Hinc (niſi ſucurrat ſubito) numidaſqꝫ fugarit
Vix poterunt ſextum ſe retinere diem.
Auxilio miſeris veniat lachrymando ꝑcantur
Nec ſinat infauſta deditioni mori
Vt leo magnanimus: furiato pectore motus:
Imperat vt belli conueniant comites
Preponitqꝫ illis: que tanta pericula noſtris
Immineāt: tentat quid teneant animi.
Senſit habere aīos: ꝗcūqꝫ ad iuſſa paratos:
Tūc iubet vt clāgant tīpana: plectra tube.
Arma petit: petit arma dari: vultuqꝫ ſereno:
Saltat equo: accitos: nomine quēqꝫ vocat.
Exhortans alacer ſocios: facundus Vliſſes
Aſt armatus equo: troicus hector erat.
Incipiatur io dici cantetur ⁊ ohe:
Cumqꝫ triumphe iterum multiplicet̄ io.
Carpit iter: reboant valles: clamoribus iplēt
Ethera: iam vibrant lucida tela manu.
Parua manus quanq̄ fagiardi militis eſſet:
Maurorū ⁊ quāq̄ copia magna foret.
Octingenti etenim pedites: equiteſqꝫ ducenti
Sunt: ⁊ forte minus qui comitantur eum.
Securus ſtabat percurrens oppida patris
Atqꝫ ſua: ⁊ lōga pace qetꝰ erat. (gni:
Nūc noua carthago: caput ⁊ nunc murcia re-
Nunc mulle ſaltus: nunc oriana iuga.
Inſula nunc deſerta ſiti: ſed plena ferarum
Scombria: que portum vergiliana facit.
Iſta morabantur noſtrum: venabula: libri:
In manibus falco: ⁊ Retia ſemper erant.
Hiſpano nulla arma virum capiebat in orbe
Quiſq̄: nec viuus mars furibundus erat.
Tunc tamē vt ſenſit iā defeciſſe: vel armis
Alpuxarrenſes impoſuiſſe manum
Aduolat: hec illuꝫ ſequitur generoſa iuuētus:
De quorum domibus factus is eſt numerus
His ſeptus: vallem fluuij labentis ab altis
Montibus ingreditur: per decimū lapidē.
Cōperit āguſtos calles: ſcopuloſqꝫ minātes:
Qui calligabant ſuſpiciendo oculos.
Ire acies per quos iuncte nec in ordine certo
(Exigit vt martis regula) non poterant.
Flectit lora citus: retro vexilla reuerti
Impereat: ⁊ campos equora lata petit.
Luſtrat equo accliuos mōtes: latus oē perrat
Perquirit ſi qua eſt ad iuga ſumma via.
Vidit iter quamuis durumqꝫ flexuqꝫ recuruo
Dificile: ⁊ longum per fera ſaxa nimis.
Letus adit: ſcandit rupes: ſerpit repente:
Ducuntur frenis cornipedes rapidi
Poſt vbi conſcendit ſaxoſi culmina mōtis:
Occurrit celeri plurima turba pede.
Confiſi numide numero maiore: daturos
Credebant noſtros turpia terga metu.
Opponunt gladios: haſtas: diraſqꝫ ſagittas:



Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Utraqꝫ pars animos ad fera dāna parant.
Concurrunt acies: franguntur fela: fugātur
Et que ſperarunt cernere terga dabant.
Mactantur multi: multi feriuntur: ad hortos
Alhame fugiunt: ageribuſqꝫ latent.
Incipiatur io dici cantetur ⁊ ohe:
Cumqꝫ triumphe iterū multiplicetur io.
Eſt alhama locus natura fortis ⁊ arte:
Marchennā ſine quo non licet ire homini.
Trāſiliunt equites foſſas: mauroſqꝫ ſeqūtur:
Poſt turme peditū marte fauente ruunt.
Aggeribus pulſi: foſſiſqꝫ ad menia currunt
Oppiduli: hic facies plurima mortis erat.
Ingruit hic crepitus telorꝫ: hic ſanguine multo
Fedatur tellus: corpora multa cadunt.
Incipiatur io dici cantetur ⁊ ohe:
Cumqꝫ triūphe iterū multiplicetur io.
Hoſtilibus noſtre mixte intrauere phalanges
oppidulū: hic luctꝰ: hic pauor: hic lachrime.
Hic matres miſere natos cōplexibus arctant:
Uagituſqꝫ: ⁊ ibi maximus horror erat.
Iincipiatur io dici cantetur ⁊ ohe:
Cumqꝫ triumphe iterum multiplicetur io.
Qui ſuperant pauide morti cladiqꝫ cruente
Pertrepidi fugiunt: arcis opaca petunt.
Dum metus in mauris ꝓcordia q̄ſſa perrat:
Dum formido ferox pectora meſta tenet.
Dum calet in nr̄is victoria leta furorqꝫ:
Dumqꝫ necis lacere ſeua cupido manet
Expugnare arcem ſentētia firma reſurgit:
Linq̄t equū primus fit pede pugna grauis
Dimidias peditū turmas equiteſqꝫ reliquit
A tergo plures: qui tueantur agrū.
Si vis qua ī grueret preſto ſint tēdere dextras:
Ipſe autē ⁊ reliqui menia parua quatit.
Portantur ſcale: mauri ſua iura tuentur:
Contendit contra ſed fagiarda manus.
Ut lupus eſuriens pecudes: circundat ouile:
Sed paries vetat hinc: hinc vetat ira canū.
Sic rabidus noſter pugnantes circuit hoſtes:
Querititer ferro: frendit vt vrſus hians.
Audi aliud maius facinus nimiūqꝫ tremēdū:
Audi que tulerit docta puella tuus.
Dū ſcalas ſubeūt: māibus dū ſcuta retractāt:
Maurorū a tergo magna caterua volat.
Nā quō q̄ fierēt marchennā fama tuliſſet:
Electus maura Rex leuitate venit.
Hic etenim obſeſſam marchēnā forte tenebat:
Tres lapides a qua diſtat hic oppidulum.
In quo preſidia hec que diximus ille locarat:
Que vicit: ſtrauit noſter ad vſqꝫ necem.
Impetit: aggreditur conatu nititur omni
Diſtrahere a muris agmina nr̄a minās.
Credita ſed quibus eſt cāpi cuſtodia: vertūt
Tunc ad eos facies: ſtrictaqꝫ tela rotant.
Perturbant illos: cogūt retro voluere frontē:
Aufugit puppus rex agarenus equo
Incipiatur io dici cantetur ⁊ ohe:
Cunqꝫ triumphe iterū multiplicetur io.
Certatur muros contra pugnatur in agro:
Nec magnꝰ modicos terruit hos numerus.
Hic telis multos figunt: quoſdāqꝫ trucidant:
Et redeunt ad quē deſeruere locū.
Transierant etenim fame dulcedine capti:
Impoſiti metas: iuſſaqꝫ docta ducis.
Arx expugnatur: feriūt: perimuntqꝫ runtqꝫ:
Uulcano: ferro: ſanguine cūcta cadunt.
Euaſit nullus: rapiunt matreſqꝫ viroſqꝫ
Cum natis: rapitur deniqꝫ quicquid erat
Undiqꝫ ſic noſtro felix victoria feruet:
Sic quater huic palmaꝫ prebuit vna dies.
Incipiatur io dici cantetur ⁊ ohe:
Cunqꝫ trumphe iterum multiplicetur io.
Ut victor noſter decoraret honore ſepulchri:
Quattuor in pugna qui cecidere ſuos.
Ne ve animā exhalent: cōfecti vulnere multo:
Qui duo de decies forte fuere quater.
Ut recreet feſſos etiam: vireſqꝫ reformet
Omnibus: almeriam nocte ruente redit.
Hoc aio vt pugnā repetat: martēqꝫ retractet:
Poſtera quom primum fulſerit alma dies.
Talibus aſt motus ſtimulis: ⁊ ſtrage: reduxit
Ad ſuperos montes rex ſua caſtra dolens.
Marchennamqꝫ acri ſubito obſidiōe leuauit
Ora manu plangens: non rediturus abit.
Incipiatur io dici cantetur ⁊ ohe.
Cunqꝫ triumphe iterum multiplicetur io.
Unum ⁊ viginti phebeos vir agit annos.
Dux noſter: qui nos per ſua geſta beat.
I nunc ⁊ dubita qui ſit ſoror iſte futurus
Frater: ⁊ hic quantus ſit mihi diſcipulus.
Inuide qui dices: amor eſt qui cogit ad aſtra
Tollere carminibus (non ſua geſta) viros.
Mādo tibi laq̄uꝫ. nigras tibi mādo colubraſ:
Que rodant meſto viſcera corqꝫ tibi.
Sibylle folium ſcripſi: ſum vera locutus.
Eſt certe hec vero verior hiſtoria.
Nec mihi crede tamē. videat̄ epiſtola grandis
Almerie ad regē: quid canat illa vide.
Inuenies tenuiſſe acres mea carmina habēas:
Et defraudatū comperies iuuenem.
Quamuis te pigeat: rūpant̄ ⁊ ilia qꝫuis:
Quāuis deſpumes in tua damna miſer.
Incipiet̄ io dici: repetetur ⁊ ohe:
Cumqꝫ triūphe iterū ſepe canetur io.

## Card. hiſpaniarum petro gonçalo mendocio cuius fores petro martyri aditum petenti cuſtos occluſerat eo anno quo ſe cōtulit in hiſpaniam q̇bus miſſis receptus fuit in amiciciam.

Oſcula tantaꝝ manuū: valuaſqꝫ petitas:
Cuſtodes forium ter vetuere mihi.
I tu carta breuis pro me. dominūqꝫ potentem
Prona cole: vt ſerui ſit memor ille ſui.
Dic ſi clauſiſent veteres ſua limina lauro:
Quod ꝓcerum ⁊ regū fama ſepulta foret.
Pollio: mecenas: ⁊ clari quiqꝫ fuerūt:
Uiuunt heroa: barbitoa ve lyra.
Uiuit ⁊ auguſtus: nō ꝙ tremefecerit orbem:
Abs euro: ad zephyroſ: abqꝫ noto: ad boreā:
Sed q̇a dulce putās eternum viuere fama:
Gratus erat muſis: gratus ⁊ hiſtorijs.

## Paulo oliuerio perVſino de Franciſco pratēſi apoſtolico nuncio.

Paule dedit nomē gentis cui paladis arbos:
Et natale ſolum cui peruſinus ager:
Si quiſqꝫ noſtro eſt qui poſſit tēpore dici
Iuſtus: ⁊ humanis aptus in officijs:
Si canonū quiſqꝫ cultor: iuriſqꝫ peritus:
Si cui debetur carmine grande ſophos:
Bellerophōteū ſi quis ſuꝑaſſe pudorem:
Impatiēs vel quē creſius edit amor.
Creditur: aut ithaci cui ſit prudentia regis:
Si ſit conueniat cui diadema triplex.
Noſter erit diuus catinēſis preſul: in illo eſt
Summa fides: pietas integra: verus amor.
In terris igit̄ ſuperet quid tale rogandū eſt:
Matuſalemneos: neſtoreoſqꝫ dies.

## Ad colūbam ſecretarium regium.

Ille fuit ſapiens qui te vocitare colūbam
Cepit: ꝓ meritis hoc tibi nomen ineſt.

## Ad eundem.

Deuenere due celorū ex arce columbe:
Una fuit quōdam tu modo in orbe manes.
Angelicā referens ſupera de ſede ſalutem:
Auxilium cunctis gentibꝰ illa tulit.
Sic cupit hiſpanis quicunqꝫ iuuamē in oris:
Te medio a noſtris regibꝰ illud habet.

## Ario luſitano grecas litteras ſalmantice profitenti.

Ari mercurio genite: ⁊ ſapientis alumne
Palladis: e medio cardine miſſe poli.
Gratare: a grecis referūt helicona tuliſſe
Te ſolum ad zephyros occiduamqꝫ plagā
Argiuos: Dorim: cadmeaqꝫ menia: athenas:
Eolioſqꝫ lares te ſpoliaſſe ferunt.
Tartheſus guſtare nouas iā cepit oliuas
Te medio: atqꝫ alio palmite leta frui.
Qualis apes ſequit̄. rapientē mella colonum:
Et vitulū plorans orba iuuenca ſuum:
Orphi te genitrix: te clio ⁊ pulcha thalia:
Et reliqua ardalidū turba gemens ſequit̄.

## Ad gondiſſaluū aiorā:

Nanc aiora tibi (qua nūc caret ipſe) ſalutem
Afflictus mittit martyr amice tuus.
Qui tibi ſignifico poſtqꝫ me ſuſtinet hiſpal:
Nox mihi nulla fuit: nullaqꝫ leta dies.
Tot mala tot morbi corpus redigūtur in vnū
Quot vix ferre queant corda gigea decem
Ardentes ſenſi febres: lumbiqꝫ dolores:
Et tumidas habeo guttura: labra: genas.
Dextera pars capitis nulla eſt: en apta dolore



Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Compago eſt omnis: iam duo ſunt capita.
Ergo biceps martyr tuꝰ eſt? nõ q̃ppe: ſꝫ eger:
Et ſine vulneribus vulnera mille tenet.
De te cõqueritur phebus cui plurima debes:
Lex ⁊ amicicie pieriuſqꝫ chorus.
Quõ tibi ſim antiquuꝫ ſummo deuictꝰ amore
Curaqꝫ languentis ſit tibi nulla mei.

### ¶ Sequentia hec tria epi
grãmata q̃uis aliena tamen his inſerẽda ego idem epiſcopus bouienſis duxi.

### ¶ Alexandri geraldini re
giarum natarum preceptoris de laurea Pet. M. corona.

Corycíũ titubans martyr conceſſit in antrũ:
Cũ puer ad primũ pgere cepit iter.
Hinc ſe pulcha mouẽt diuino carmina curſu:
Antiquumqꝫ refert lĩgua diſerta ſonũ.
Ut caneret reges et regũ facta potentum:
Phocaico nutrijt blãda thalia choro.
Hic magne heliſabet fernãdi ⁊ munere regũ
Phebee ſumpſit laurea ſerta come.
Priſca triũphales ſunt regũ munera laurus:
Hec fuerant capiti iure nouanda ſuo.

### ¶ Ode dicolos tetraſtro
phos ad. P. Mar. Franciſci ſpinule ſiculi de coronatione eius auro admixto hedere ⁊ lauro ꝙ ſub rege cõtra mauros militauerit.

Uates cecropio dulcior o ſale:
Seu fetas cupias tangere tigrides:
Lenarumqꝫ iubas italica fide:
Dulci blandior orpheo.
Uates heſperij pectinis arbiter:
Poſſes qui leuius marmora ducere:
Auritaſqꝫ etiam in montibus arbores:
Amphione ſono tuo.
Felix o petre mi tutus ab omnibus
Simis inuidie rhinocerotibus:
Neu te barbaries morſibus emula:
Aut te cornibꝰ impetat.
Tu luſtri ſpatio rege ſub heſpero
Pugnaſti: viridis qua tua tempora
Daphniſ cumqꝫ hedere frondibꝰ aureis
Nectit munere regio.

palma ergo iuuenes plaudite duplici:
O he martyr io dicite: vertite
O he petrus: io petre vale vale
Noſtri gloria temporis.

### ¶ Cyprianꝰ terrenus ita
lus ex ſancto Jacobo regrediens ſalutauit hoc epygramate. P. Martirẽ.

Quãtus ĩ hiſpana tibi erit regione triũphus
Dũmodo dent multos pſpera fata dies:
Nõ mihi fas ꝓprijs depmere poſſe labellis.
Ora licet ſuperi multiplicata darent.
Sicqꝫ licet radijs tua fulgida fama ſerenis.
Queqꝫ tibi ꝓprio parta labore fuit.
Nõ tamen ambitio: perfuſaqꝫ gloria fuco:
Inficiunt animi lumina clara tui.
Inclyta caſtalio precordia cocta liquore
Sunt tua: perpetuis conglomerata bonis.
At me cui latiũ patria eſt: ſi forte notabis
Barbaricũ tenui carmine habere ſonum.
Da veniã: muſas (iã ſunt duo luſtra) reliqui
Nec ſapida eſt labijs vnda helicona meis.
Altera diſſimili teritur mihi gleba ligone:
Nõ mihi pierides non mihi cyrrha placet.
Sĩplicitas mihi recta ſapit: tibi vera fatebor:
Neſcio quid nobis ruſticitatis ineſt.
Hãc ſequor: ⁊ q̃m modo ſors inimica reſiſtit:
Nec ſinit in ſuperũ lumina ferre pedẽ.
Tu bone cui vẽtis ſũt carbaſa plena ſecũdis
Erige naufragij diruta vela mei
Cõponas ꝓ̃pijs manibꝰ mea dãna p̃camur:
Innixa eſt humeris anchora noſtra tuis.

### ¶ Diſcipulo ſuo petro ge
rioni petrus martyr.

Gerio mi: nomẽ cur dic tibi ſumpſeris iſtud:
Quõ fuerit priſcus gerio dirus homo?
Si genus antiquũ forſan tibi ducis ab illo:
Illius ⁊ iactas ſanguine te genitum:
Judice quo? ſigniſ ve q̃bꝰ? quo teſte pbabis?
Quõ iuuenis tu ſis mitis ⁊ ille ferox.
Tam mala nõ potuit tales emittere fructus
Arbor: ⁊ has ſegetes nõ parit albus ager.
Tu bonus ⁊ prudẽs tu relligionis amator.
Hic malus hic violẽs huic deꝰ hoſtis erat.

Hic raptor: fallax: rabidꝰ: ⁊ ſanguine gaudẽs:
Par pietate manet nullꝰ in orbe tibi.

¶ De ſignis ſolis.

Dat phebꝰ vẽtos rubeus: dat pallidꝰ hĩbreſ:
Tempora clara orbi cãdidus ipſe facit.

Pallidus occaſu aut ortu ſol denotat vndas:
Albus habet lucem: dat ruber inde notos.

Sol rubeus ventoſ: ſi pallidus enotat hĩbres:
Clara dies veniet ſi fuerit niueus.

Delius exoriẽs lucẽ dat candidus altam.
Dat pauidus nimbos: flamina dat rubeꝰ.

¶ Gõçalo de ſetyen pfeſſori grammatices.

Nondũ viſe mihi iuuenis doctiſſime ſalue:
Quẽ traxiſſe aiunt p iuga ſumma pedes:
Pennaticqꝫ etiam latices guſtaſſe caballi:
Teſpiadumqꝫ graues continuaſſe choros:
Carmina grata mihi tua ſunt: ꝙ pgas eodem
Ordine quo ceptũ eſt: optime amice rogo.
Et mihi ſignifica qui ſis: que caſtra ſecutus:
Quo ve duce ad tantã vectꝰ es ipſe chelim:

### Petri de velaſco comeſ-
tabilis caſtelle epytaphium.

Cuiꝰ in hoc tumulo leto data mẽbra q̇eſcunt:
Non poterit nomẽ perdere parca nocẽs.
Marte togaqꝫ fuit (ſupas dũ carpet auras)
Inclytus: et regũ ſanguine progenitus.
Fũnitimi: ſerui: famuli: fidiqꝫ clientes:
Et coluere nimis vel timuere ſimul.
Poſtq̃ꝫ illi patuere fores ⁊ limina celi:
Ingemuere omnes ⁊ ſecuere genas.

¶ Ad malfellitũ regiuꝫ conſiliariũ amicuꝫ de quo (quõ ſit melle ſuauior ob vrbanitatẽ) cõq̃ritur ꝙ a felle ⁊ male nomẽ habeat.

Quis mallefellitũ potuit te dicere: quõ ſis
Plus benemellitus q̃ꝫ leue nectar apum?
Quõ bonꝰ: ⁊ nulli ſumma pbitate ſecundꝰ
Sis: dic quis cepit te vocitare malum?
Auſpice quo? q̇bꝰ eſt auibꝰ quo ve oĩe motꝰ?
Nomine vt inficeret tam bona facta malo?
Tartareas poſt hac adigat̃ adire cauernas:
Qui benemellitum te vocitare neget.

### Clauſum miſit epigram-
ma cum hoc ſupra ſcripto.

Dat benemellito martyr ſine fine ſalutes.
Quẽ malefellitũ ſed male turba vocat.

### Ad malfelituꝫ qui marty
rem iuſſu regis auro lauro ⁊ hedera coronauit

Accipe currẽti plectro: calamocꝫ volãti:
Grates quas didicit noſtra thalia dare:
Que tibi dem (⁊ merito) nõ ſunt argẽtea vaſa.
Non ⁊ ebur niueũ: non parij lapides.
Cuicumcꝫ eternũ nomẽ famam ve petẽti:
Aura non auro plena crumena iacet.
Ille nec eoas gẽmas: nec littus adorat
Heſperidũ: nec amat quicquid eũdo perit.
Et cytharã ⁊ cythare lõgoſ hic curat honoreſ:
Querit vt eternũ docta per ora volet.
Ergo vale ⁊ videas antiqui neſtoris annos:
Adcꝫ gradus ſuperos dent tibi fata viam.

### In hoſtes ſixti. pont. max
qui quercum geſtabat.

Diſpereat quicũqꝫ cupit ſubuertere quercũ:
Eumenides quatiãt viſcera dira hominis:
Illũ (quiſquis erit) cõtortis vnguibus vrſi
Dilanient: feriat hũc furibũdus aper.
Iſte vel infernas cogatur viſere ſedes:
Huic immane iecur diſpereãt volucres.
Corinthicꝫ ducis iubeatur voluere ſaxum.
Hũc lemures faciãt vertere ſepe rotam.
Deſine (q̇cuncꝫ es) quercus ſperare ruinam.
Stipes adit centrũ: ſidera tangit apex.
Nocte p̃us cõuerſa ſoror pulcherrima phebi:
Surripiet fratri lumina: plauſtra: comas.
Ulmi tũc piſces edent: ⁊ tũc freta vites
Parturiẽt: ſegetes nõ dabit equus ager.
Quõ poterit ſperare aliquis diuellere quercũ:
Eurũ que ⁊ zephirum frõde patẽte tegit.
Sixte precor parcaſ: redolẽt ſi carmina pullũ:
Quõ barbatus ero: tũc grauiora canam.

### ¶ Ad cãtalatium inuidũ
ludi litterarij magiſtrum.

Ruptus es inuidia: ſeuis veſtite colubris:
Quod me rector amet liuide cantalupe.
Pernicioſa lues iuuenũ: corruptio: dãnũ:

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Quot ſuperē iuuenis te probitate ſenem.
Rumperis, in felix horrenti implete veneno:
Si populo iactas te nec habere parem.
Non habet ille parem: q̄ a lena leno fatetur
Dici: aut a nullo: perfide cantalupe?
Nocte pluit tota: qui dicit non reperiri
Auctorem furti: nō habet ille parem?
Dic age ploralupe ecquiſnam fuit ille batillꝰ:
Quem ꝑ verſiculis dona tuliſſe negas?
Non habet ille parē: qui ſe neſcire fatetur:
Auguſto dederit que ſua ſcripta maro?
Feciſti fatuum quoddā in ſipidiſſime carmē:
Turpe leoninum quod ſonat omne modū.
Non ſis infeſtus: in cūctis eſto modeſtus:
Sic tuus ille ſonat luride ploralupe.
Non tamē abſurdū latras: fera beſtia vento
Turgidus: ad populū te nec habere parē:
Eſt ne aliquis forſan tibi par leuitate ꝓcaci?
Nec faſtu: nec habes ruſticitate parem.
Turpis es aſpectu: facieqꝫ ⁊ corpe ⁊ omni
Parte tui turpis: turpis ⁊ ingenio.
Turpior eſopo es: nec prodigioſior hydra
Peſſime viuentū tabida lingua tua eſt.
Quare agite o cūcti chriſtū ſuperoſqꝫ rogate:
Viuat vt eternū: ſed ſine parte boni.
Sentiat ille etiam titii miſerabile damnum:
Ixioniſqꝫ rotam: tantaliamqꝫ famem.

## Rheatinus gubernator

ambos cōciliauit. eſt penitens te traſticō.
Tella licambeo quondā perfuſa furore
Torſi in cantalicū qui mihi amicus erat
Pro iābis lyricos dicam: pro crimine laudes:
Quare age ſis dominꝰ tu mihi ⁊ ille pater.

## Gaſpari romano poete.

Gaſpar q̄ proauos ducis de ſtirpe quiritum:
Cuiqꝫ tegunt merito laurea ſerta caput.
Rapta heliconeis antris tua carmina quidā
Attulit: atqꝫ aura prōptior ille abiit.
His armis curis vacuos tentare memēto:
Atqꝫ illum cui non laxa crumena fiet.

## De obitu alfonſi cardi

nenſis in nuptiali pompa principis. ioa.
Cernite viuentes quid faſtus ⁊ alta poteſtas:
Quid ſumꝰ: aut cunctos q̄s furor vnꝰ agat.
Hic hodie: hic hodie (medio dū curreret axe
Phebus) erat viuꝰ: pulcher: amādꝰ: ouās.
Neſcio quid gelidū nunc eſt: ⁊ inutile quiddā:
Eſt color huic pallēs: cui modo purpureꝰ:
Eſt mutus ſine voce manēs: qui nuper obibat
Vectus equo: cūctas letus in vrbe vias.
Dic vbi forma decēs alfonſe? vbi pectore forti
Ille nitor? pro te curia tota gemit.
Infelix ſonipes: herebi de carcere ducte:
Vertiſti in lacrymas gaudia tāta niger.
Tu niger exteriꝰ ſonipes: fore nigra dediſti
Corda hominū: nigra ⁊ tegmina ferre dabiſ.
Quā properāte rota: rerū eſt mutata figura
Gaudia mane tulit: veſpera dat gemitum.
Te generū multi proceres: multeqꝫ maritū
Nimphe expetabant: tu ſine mēte iaces.
Quid tibi nobilitas? q̄d tanti patris honores
Profuit? en tibi quid regius ille fauor?
Abſens quos gemitꝰ mater cōſparget in altū:
Quō veniet talis nuncius ad miſeram?
Inter tot dabitur curas hoc quippe leuamen
Fratribus: ⁊ cūctis qui tua damna gemūt.
Quod dixti moriēs fateor peccaſſe tonanti:
Quodqꝫ ſacramētum ſepe petiſſe ſciunt.
Hoc tamē ipſius titulo ſignate ſepulcrū:
Ne lateat mortis quod genus abſtulerit.

Epitaphium.

Viginti alfonſus cardo vix egerat annos:
Quē verſo necuit vertice lapſus equus.

Ad licenciatū turres hiſpalenſem eximiū medicū ⁊ aſtronomum peritiſſimū. P. M. laborans migrania.

Phiſice turrigēa (vt referūt) epydauria ꝓles:
Aſtrorumqꝫ ſagax doctor: celiqꝫ peritus:
Atqꝫ aganipei nemoris guſtator: adeſto.
Viſere pierium vatem ꝓperato iacentem:
Pituita vexante caput: iam quinqꝫ ſorores
Phebeas duxi inſomnes: vlulando: gemēdo.
Nos quoqꝫ v̄ ſapiēs: vr̄o ſub cardine: quōdā
Vidimus aſtra iter: ſignorꝝ vbi gaudeat om̄is
Stellarū errantū. quid mobile: q̄d ve quietū
Cōmune ne ferat. quid ve exaltatio portet.
Et caput immēſi: ficti: ac fera cauda draconis:
Nouimus vt lune quarto capiatur ab orbe.
Triplicitaſ: facies q̄d ſint: quid terminꝰ addat
Rebus in humanis: vbi fortius ille vel alter
Sentiat eſſe ſuas vires. q̄d denotet hilech
Athale quid cupiat ſcimus. q̄d nadir haizqꝫ
Eroptent ſapimꝰ. quid vult fridaria. quid ve
Genzaharex quirat nō ignoramus. aueto
Vir bone. ſuccurras queſo. me plura volētem
Dicere: corripuit furor ingens febris aduſta.
Que mihi de māibus calamū excuſſere dolore.
Comunis dominus fiet tibi gratus appollo:
Nā fuit is cythare mediciqꝫ repertor honoris

## Ad quendam equitem

ſuſurronem.
Centurio hircoſe hem q̄d cornicaris ad aures
Purpureas: dicens non ego noſco virum
Nec porci noſcūt gēmas nec turgidus hidrops
Interitum ſentit: non amat ignis aquam.

duci infantati mendocio

Credere ſi poſſem dux incityte pitagoreis:
Pelleam rediiſſe animam: magnum ve q̄ritez
Te ſumpſiſſe tua contectum carne putarem.
Nam poſt imēſos tibi partos martis honores
Poſt ve feros numidas felici ſidere victos:
Nubibus equatas moles: auroqꝫ micātes
Cōſtruis: ⁊ ſuperāt opa admirāda manuſqꝫ
Materiam: quecunqꝫ patent fabricata furore
Phidico vel praxitele: inferiora negabit
Nemo tuis. ſtabulis tātum tu vicere certas
Celſa theatra ducū priſcorū: alta ſqꝫ colūnas.
Et ꝙ maioris ſignū eſt animi: omnia nil ſunt
Te iudice. vt tua dicta ꝓbāt: moritura futuris
Temporibus: paruo faciēda eſt machina. celo
Celo igitur ſuades nr̄as attollere mētes.

## Ad ludouicum cardi. ara

goniū ſuꝑ petito exēplari operū Pe. Martyris fortune rabie: ſatyra ⁊ reliq̄s illis annexis.

Es tu muricei q̄ gloria ſumma galeri:
Conueniet capiti cui diadema triplex:
Accipe de patruo breuibus ſua geſta libellis:
Scripſimus heroo que pede digne nepos.
Parua eſſe hec fateor: nec tāto pricipe digna:
Tūc maiora canam quom mihi ceſar erit.

## Hymnus quo hiſpali re-

cepti fuerunt Rex ⁊ Regina veniētes ex victoria maurorum.
O ſacri reges: ſuperum fauore:
Laudibus ſummis humeros onuſti:
Perpetes vobis recolent triumphos:
Omnia ſecla.
Eſtis hi per quos nimium vagantes:
Subiacent collum numide feroces:
Moſis ⁊ per quos recutita tandem:
Iura labaſcunt.
Hereſes o qui rapuiſtis omnes:
Qui ve iam feſſam reparaſtis ambo:
Mente ſincera celeriqꝫ greſſu.
Religionem.
Vexteras nobis date iam beati:
Frontibus claris alacres venite
Et canent hymnos pueri ſeneſqꝫ:
Voce tonanti.

Iuſſu catholice Regine hymnus.

Latro qui dextram tenuit tonantis:
Quom crucis mortē voluit ſubire
Corde feruenti: memor eſto noſtri:
Dixit Ieſu.
Inde conſortem ſceleris adortus:
In quit o latro comes in furore:
Nos quidem quicquid patimur meremur:
Iſte quid egit.
Hincitem vertens faciem remiſſam:
Ad deum clamat. memor eſto noſtri:
Chriſte dum tandē venies beatus:
Ad tua regna.
Adiuua gratis precibus labantes:
Et tua dimas pietate nobis.
Iam velis coram ſupero nitore
Tutor adeſſe.
nos tuum nomen colimus libenter:
Quod celebrandum ſtatuit quotannis:
Vrbe romana tibi ſumma ſedes
Pontificalis

Ad reginā hyſpaniarū. cath. cum hiſpaniam ingrederetur. Pe. Mar.

O Regina toga ⁊ bello miranda virago:
Conſilio diuum miſſa tonante polo
Que vatum antique legis ſancta oīa firmans:
Sola virum claudis tegmine femineo.
Res geſtas omnes abolebit dira vetuſtas:
Ni te Melpomene caliopeqꝫ canent.

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## ¶ Ad Cardinalē aragoniū. Pe. Mar. Epygramma tranſlatiuū ab apib⁹ que deficiēte cōmoda materia ad mella conficiēda ſeſe ad quoſcūqꝫ flores natiua illis regio pariat (hyemis vēture memores) conuertūt. poete enim a vere ideſt corporea vita futurū interitū proſpiciētes: ſecūdū cuiuſqꝫ ingenium poſteritatis cupidi carmina nituntur emittere.

Vere coronatur vario quom terra colore:
Veruecis phebo pretereunte caput:
Sentit apes hyemem: rigideqꝫ viatica brume
Curſibus aſſiduis rura per ampla parās:
Carpit mella timo. ſummit de germine bachi.
Et de narciſi fercula flore legit.
Haurit de violis: ſuggit de rore marino.
Neqꝫ roſis tollit: vacinijſqꝫ nigris.
Si placita hec forſan natalis terra negarit:
Unde poteſt raptat: ſiue ſit herba nocens.
Colligit ꝛ taxo: portat de fronde ſaliti:
Aut trahit ex vlmo: populeiſqꝫ iubis.
Alueolos implere cupit: timet illa (futuri
Preſcia) ne pereat quom venerit glacies.
Hinc magis eſt iſtō dulce: ꝛ magis illō amarū
Hinc diuerſa nitent: candida: flaua: nigra.
Hec ſunt mella tamen: tanqꝫ mel vendit̄ ꝛ mel
Nomen habet: fateor non precio ſimili.
Hanc legē ſecū ducunt epygrāmata noſtra
Flaua aut alba: qd ē nulla. qd ergo? nigra.
Quis leget hec igitur? en dic nigrantia mella
Non comedet quiſqꝫ? candida ſola valent?
Pauper in orbe manet nullus? cui gobio tātū
Null⁹? ꝛ ē vno ſidere null⁹ inops? (gētū.
Proh quot ſunt miſeri: qꝫ magna eſt turba lu-
Quam multis vento eſt plena crumena leui
Sed cur hec refero? ſoli tibi noſtra dicātur.
Quare age (ſi valeas) hec tibi ſolus habe.
Laus deo.

¶ Impreſſum Hiſpali cū ſumma diligencia per Jacobū cormberger alemanū. Anno. Milleſſimo quingenteſſimo. xj. mēſe vero Aprili.

¶ J verſibus hec reperi deprauata.
Quaterno. H.

Jn inaco verſu. xxiiij. lege. pceres. pagina ſeqn t verſu. ix. lege vacuis nō vacitis. fo. h. ij. ſecunda colūna ante penultimo verſu lege ſolers nō foliers. verſo fo. verſu. xxxiiij. lege parāt nō paran. h. iiij. ſecūda pagina prima colūna verſu. xxxvj. lege video nō vidio. ſeqnti folio verſu. xix lege megere. verſo folio verſu. xxiij. lege populos. fo. vij. v̄. xxxij. lege fruſta nō fruſtra. ver. folio verſu. xxj. lege verbera nō verba. folio. viij. vltima colūna v̄ſu. xxix. lege ꝛ fremitu nō effre.

Quaterno. J.

Secūda colūna verſu. xiiij. tolle. s. de occeanis. verſo. fo. ſecūda colūna verſu quīto lege nuſqꝫ pro nūqꝫ. Jn verſibus plinij. verſu. v. dic geminoſqꝫ. verſu. vij. dic res non rex verſo folio. epygramate quom primū verſu ſeptimo lege nutaſtis nō mutaſtis. Tertio. fo. ſecūda colu. verſu iij. lege qui nō quā. Jn verſib⁹ leonis verſu penultimo lege mulcta cū. c. epygramate cōfuſuꝫ v̄. xiiij. lege latio nō latro. ſexto. fo. vltima colūa verſu. ij. lege tenebant nō tebāt. vij. fo. epygramate ille tibi. verſu. viij. lege aut. deeſt. t. ſecūda pagina. epygra. pallentes. verſu. ij. nigrātē. verſu. v. lege virens non vires.

Quaterno. k.

Verſu. xxxij. lege vrſus non verſus. verſu. xl. lege viros nō veros. fo. ij. verſu. xxxiij. lege forte. verſu. xlj. deditione non. oni. ſecūda coluna verſu. xxxv. lege imperat nō impereat. xxxviij. tolle pmū qꝫ. xl. adde qꝫ poſt ſerpit. verſo. fo. li. ij. lege tela. non. fe. verſu. xlj. lege eſurus non eſuriēs alia colūna. deeſt. u. in ruunt. verſu. xx. k. iij. verſo fo. epygramate alexandri in titulo lege regiarum. folio. vij. epygramate credere. verſu nono lege phidiaco. ſequenti colu. epyg. o regina verſu. iij. lege omina non omnia.

Universidad de Salamanca. BGH 31200(1)

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES